




**Illustria ecclesiae Catholicae trophœa, : ex recentibus
Anglicorum martyrum, Scoticae proditionis, Gallicorumq[ue]
furorum rebus gestis grauiss. virorum fide notatis. Charae
posteritati, vt nimirum ea de praesentium errorum natura
at[que] ingenio integre? ac libere? tandem iudicet. Erecta.**

<https://hdl.handle.net/1874/424511>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.

459










E. oct.
459



H
E
m
c

ILLVSTRIA 8 8° 459
ECCLESIAE
CATHOLICÆ
TROPHOEA, ~~resumēta~~

Ex recentibus Anglicorum
martyrum, Scoticæ proditionis, Galli-
corumq; furorum rebus gestis grauiſſ.
vīrorum fide notatis.

CHARAE POSTERITATI,

Vt nimirum ea de præsentium errorum
natura atq; ingenio integrè ac li-
berè tandem iudicet,

ERECTA. *Ex vno Bruxellis*

Anno M. D. LXXIII.



EGO
Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

EGO Dicitur

AD REVERENDIS.
AC ILLVSTRISS. PRIN-
cipem D. Ernestum Administrato-
rem Frisingen. Episcopatus, Comi-
tem Palat. Rheni vtriusq; Bauariæ Du-
cem &c. magni Bauariæ Monar-
chæ Sereniss. Ducis Catholici
Alberti F.principem ac
Dominum beni-
gniss.

ERASMI VENDII DV-
calis Consiliarij Monachij, de nostrorum
temporum statu, ac ultimis Eccle-
siæ difficultatibus Epistola
parænetica,



Nnus iam agitur
decimus à tristissimo
casu, quo cum Vien-
næ ego hærerē, pro-
pter Sereniss. paren-
tis tui negotia quædam in aula Im-
peratoria expedienda, aut tuū ami-
simus, Ferdinandum Cæsarem, eorū
quos ordinis illius fastigium tulit, si
don

non sanctissimum ac deuotissimum
nemini certe propter virtutem & pi-
etatem postponendum. Erat tum
princeps Reuerendiss. & Illustriss.
inter eos præsertim qui religionis
ac pietatis cura tangebantur, viros
doctos & claros, non parua de præ-
sentium temporum difficultate sol-
licitudo, quibusdam amissi præsidij
iacturam acerbè admodum deplo-
rantibus, alijs ob successoris bonita-
tem, in spem melioris alicuius fortu-
næ erectionibus quidem, sed tamen
de infortunatissimi huius sæculi cō-
silijs, & euentu non ita certis. Quæ
quidem varia hominum studia ut
hinc metus & periculi aspectus ter-
rebat, illinc quæ plurimæ aderant
consolationes fouebant & erigebāt,
occasionem subministrarunt grauis-
simis dissertationibus. Vbi videlicet
quod quisq; vel lugeret vel spera-
ret, pro ingenij & iudicij dono co-
piosè explicaretur, neq; tamen hisce
in quos certe deuenimus, vltimorū
temporum finibus continebantur

nobi-

nobilissima ingenia : sed præterita euoluebant omnia, in colloquium adducebant quæ iam inde à primis Ecclesiæ ac Reipublicæ Christianæ incunabilis acta essent, si cum priscis illis ærumnis, præsentes huius ætatis morbi & turbæ comparari aliqua ratione, ac proinde vel ab exemplorum similitudine sperari promittiçq; lætiora possent. Eminebat inter multos uti virtute & autoritate, sic etiam summa doctrina verè nobilis & clariss. vir Georgius Sigismundus Seldius Cæsaris Vicecancellarius, affinis meus piæ memorix, qui reuocatis ad examen priscorum temporum historijs, vt fuit earum rerum longè scientissimus, in eam sæpe sententiam descendit, si sua singulis, si quæ temporum sunt vicia temporibus, hominumq; errores suis quiçq; locis ordine conferantur, vix fuisse infundata Christianorum Repub. vnam aliquam ætatem superiorem, quæ hanc nostram vel post se relinquit, vel æ-

Seldii sens
tentia do
periculis
borum tem
porum.

quet saltem, siue religionis & eorum
quæ pietatem concernunt, siue poli-
tici status pericula spectes, adeò vi-
delicet dissoluta omnia, adeo suo lo-
co nihil, adeò ea quæ depravata cer-
nunt omnes, absq; emendationis &
correctionis spe omni. Magnas qui-
dem & olim in religionis negotio
pestes fuisse, & Rempub. quoq; sua
grauia perpessa naufragia. Verum
eiusmodi calamitates, vel non si-
mul oppressisse rem Christianam,
vel saltem alibi mitius. Graue fuisse
Ecclesiæ Arianæ impietatis iugum,
eamq; & diuturnam & graffatam
latissimè. Sed ne præsentia quidem
rei Ecclesiasticæ onera minora ijs
censeri debere, quorum nec termi-
nos neq; fines adhuc videamus ul-
los, imò verò horribilia apparet
nostra, quod cum reuocata ab infe-
ris magna veteris Arianismi parte,
cumq; deuictarum hæresum anti-
quarum, reductis iterum in aciem
agminibus omnia iam Ecclesiam
Catholicam impugnant, & inua-
dant,

dant, quæ inde ab initio vspiam vi-
louè tempore mala dedit Sathan.
Quibus quidem ex monstrosis hu-
ius sæculi nouorum errorum parti-
bus etiam id accedat incommodi,
quod non destituta solummodo sint
pastoribus ouilia multa, sed ipsa
quoç ouilia sublata, sedes & cathe-
dræ pastorum ita deiectæ & euersæ,
ut etiamsi illi reddituri aliquando sint
ad ouium curam, non tamen reperi-
ant amplius quo vel caput reclinent,
vel se se gregemq; commissum à fe-
rarum rabie tutos collocent, exter-
minata nimirum ab apris de sylua
Domini vinea, de pascientibus eam
singularibus feris, & vindemianti-
bus omnibus prætergrediētibus vi-
am: euerso multis in locis firmamen-
to domus Dei, destructa eius mace-
rie, & posita in pomorum custodi-
am Hierusalem. Atq; hanc magnam
huius vltimæ ætatis iniuriam, veleo
esse acerbiorem, quod ad omnes æ-
què pertineat. Omnia siquidem
in hac mundi senecta viuentiū duo

esse genera. Vnum eorum qui vel
ignorarent penitus Deum, vel agni-
tum prava falsaq; religione frustra
colerent, ideoq; non incertam habe-
rent suę damnationis sententiam: ad
alterum pertinere quotquot ad eter-
nam fœlicemq; illam securitatem
prædestinati, nouo idolo genu non
curuarent, faciemq; suam & mentē
in medijs harum defectionum et se-
cessionū turbis ad montem Domini
sanctum, ad locum electi tabernacu-
li conuerterent. Ac priorum qui-
dem sempiternum esse, & irrecupe-
rabile damnum. Cæteros præter alia
quæ perpetuò illos exerceant, evita-
re difficulter admodum posse ne à
posteris peius audiāt, oculatioribus
fortasse præsentium errorum censo-
ribus. Eiuscmodi etenim esse hu-
ijs nostri æui morbos, quos et vide-
re possint facile, mediocri rationis
usu non destituti penitus, & curare
quoq; debeant omnes, quotquot
Christo per Baptismum nomina de-
derunt. In utroq; certè peccasse vi-
deri

deri posse nos , quod vel non palpitan-
do intellexerimus , vel non sustulerimus animaduersos tam crassos
errores : ex uno ignauiae neglectiçp
officij culpam , ex altero insipientiae
notam metuendam . Ut tut interim
cedant nobis alia quorum & dubius
& grauis possit esse euentus . Hanc
doctissimi , & ipsa imperij Germanici
opinione prudentissimi viri vocem quo diligentius perpendo , & in
omnes Orbis angulos cogitatione
mecum circumfero , eo miror et probo magis . Quid enim praeter ultimam illam Antichristi tyrannidem ,
cuius haud dubie initia modo ferimus , reliqui esse potest malorum , &
ærumnarum in Ecclesia ? Quid non labefactauit , adçp ruinam compulit
propemodum suis artibus pater ille
mendaciorum Diabolus ? Quantæ
verò sunt mentium humanarum te-
nebrae ? Quam crassa ignorantia ?
Quam inexcusabile delinqendi errandiçp studium ? Bone Deus , in
quæ tempora nos reseruasti ? Aut

)(5 enim

enim non videmus, aut certè stolidè
satis ferimus, quod sæpe anteā vni-
uersi orbis Christiani iudicium da-
mnavit, expedit, ad inferos vsq; re-
legavit: cum non expressam solum-
modo habeamus ad oculū Dei Sal-
uatoris mentem, ad Ecclesiæ & pa-
cem et obedientiam cohortantis, sed
cordibus etiam nostris inscriptū sit
tale quoddam pietatis seminarium,
quo ad æterni numinis & cultum &
admirationem rapimur. Quia tamen
in re qui rationis vtuntur beneficio,
facillimè perspiciūt, non sic esse pro-
cedendum sicut vel sensus dictitat,
vel opinio suadet, sed & oculos &
mentem ad cœlestis Hierarchiæ or-
dinem et maiestatem conuerti debe-
re, Deumq; non dispari modo, non
tumultuarie, non absimili sacrorum
ritu, sed ea quam ipse præscripsit le-
ge & ratione colendum esse. Neq;
enim cultus sui nescios esse passus est
Deus homines, aut liberum reliquit
luteæ materiæ quam vellet, seu inue-
niret ipsa, sacrorum rationem insti-
tuere,

tuere, sed intellexerunt ab initio sta-
tim Electi, quæ sacra, qui ritus Deo
probarentur, inde cum sibi accresce-
re voluisset regnū, sacra, sacrorumq;
leges præscripsit ipse, quæ omnia po-
stremo per filij doctrinam ad salutē
credentium explicauit. Atq; in his
nihil est humanis siue ad inuentio-
nibus siue mutationibus relictum.
Siquidem ante legem, quæ displice-
rent, suo ore incusauit æternus san-
cti sui Sacerdotij fundator: legem
ipsam per Sacerdotij potestatem tu-
tatus est: Ecclesiam deniq; sibi con-
stituit, in qua per filij sui sacrificium
sub sempiterno Sacerdotio accessum
habeamus omnes, atq; ita absq; or-
dine, absq; sacris, sacrorumq; dis-
iplina, absq; verò in rationem & sen-
sum nostrū imperio coli voluit nun-
quam. Captiuia certè ducenda est
sub religionis iugo mens nostra, ne
vel ad sensuum illecebras euagetur,
vel rationis fiduciaæ sese concredat.
Hos terminos quia mundus nō am-
plius obseruat, sed in suo ambulat
sensu,

sensu, id pro diuino cultu arripiens,
quod sua opinione vel placeat, vel
saltē nō sit molestum, ad eam tur-
pitudinem manifestē deuenit, quam
dolentissimē ferunt boni omnes, ac
ipsa certē (si modo nobis aliqua su-
perfutura sit) posteritas execrabi-
tur. In qua prurientis mundi egritu-
dine mortalibus cum aperienda tum-
etiam curanda, non infœliciter de-
sudant qui D. Hieronymi consilio,
hæreses et errores ad suam reducunt
originem. Cuius rei präclarus est
usus ad restituendos suæ integrati-
eos, qui vel dolo circumuēti, vel per-
suasione inducti, sub splendido ali-
quo prätextu alienæ impietati
participant. Multò maxima enim
pars hominum à vero aberrantium,
quod nouatorum fraudes non intel-
ligit, tantæç impietatis authores ne-
scit, in errore permanet subductura
sele procul dubio, si toxicum in por-
recto poculo präsentiret, aut hostē
esse videret qui etiamnum per ser-
pentem loquitur in paradyso huius
mundi,

mundi, qui est Ecclesia. Duo igitur
ferè sunt salutaris admonitionis ca-
pita, quibus & verum esse demon-
stratur, quod Seldius existimabat, et
homines ad sanitatem reuocantur
maxime. De ipsis si hoc loco prolixius
tecum egero Reuerendiss. & Ill-
lustriss. Princeps, quam forte per
Epistolam faciundū erat, dabis hoc
meae sincerae erga te pietati, dabis
iustae sollicitudini, & huic, quod ego
quoque per charitatem omnibus de-
beo, officio. Religionem esse, si san-
cta & incorrupta sit, quæ nobis bo-
na à Deo adferat, quæ sacra propheta-
naque omnia recte cōstituat, & ipsam
quæ ex communi est natura, homi-
num societatem iustum, æquam, sua-
uemque conseruet: rursus, si impia sit,
si adulterina, quæ Dei erga nos iram
prouocet, flagella addat, diuina hu-
manaque omnia perturbet, & vniuer-
sam vitam miseris & ærumnis op-
primat, extra controversiā est apud
omnes. In eo autem lites fouent, qui
**Christianorū appellatione compræ-
hendi**

hendi volunt, quæ demum, cuiusue
partis vera sit religio, quæ prava.
Vbi tamen non iniuria rideri effuse
possunt à sapientibus Iudæis, Ma-
hometanis, gentilibus, quod vnius
quidem authoris & saluatoris Chri-
sti opus & fundamentum iactitent
omnes, sed in ipso tamen, qui ad sa-
ludem dicit tramite tot opinionibus

Duo sunt
dirimenda-
rum præ-
sentium cō-
trouersia-
rum reme-
dia, ex vſu
videlicet et
authorita-
te petita.
disstrahantur & varient. Sanè duo,
quod iam admonui, præcipua argu-
menta, & errores huius æui, sublata
oculorū egritudine aperiuntet con-
tentionibus istis, siquidē queratur
verum, finem facere possunt ac de-
bent: Videlicet, authoritas, & vſus
sive vtilitas. In priori cum omnes,
etiam diuersissimi ad vnum recur-
rant authorem, certæ quædam notæ
rem explicant, antiquitatis, consen-
sus, vniuersitatis, diuturnitatis, quæ
quidem omnia ipsam nobis referunt
diuinitatis naturam, eternam, vnam,
immotam, ad quam spectat totum
illud religionis negotium. Alterum
vel saluatoris præcepto addit per-
suasioni

suasioni pondus: ut nimirū fructus
doctrine considerentur. Iam si quod Catholicā
occurrit religionum discriminē, si v- et eius mo-
num & individuum Christum vnuſ tura.
hic esse clamat, alius & alius vel illic
vel isthic, minimē erit difficile salu-
tem, si modō velis, tueri, ijs nimirū
obseruatis notis, si de quo dicatur,
antiquum sit, hoc est, ab initio sic ac-
ceptum: si in eo sensu omnes omni
tempore intellexerint. Tale admit-
tunt examen omnia quæ per vniuer-
sam Catholicā Ecclesiam, annis plus
mille quingentis scripta, traditaq;
sunt, & hoc etiam tempore à Catho-
licis vbiuis locorum scribuntur ac
docentur, siue ea fidei sint, siue Ec-
clesiastice politiæ. Idē hic est quod
fuit ab initio, in eo quod semel do-
ctum fuit, semel acceptum, perpetu-
us, vniuersalis, et qui etiamnum per-
durat consensus. neq; enim hanc do-
cim alij quam vnius moris inhabi-
tant: nihil ea vel in gratiam vel in o-
diū cuiuscz credit aut admittit, cūq;
yniformi, licet per varia dona, spiri-

tu regatur non nisi uniformem habet religionē: vnam in vnum Deum fidem: vna eademq; ad vnam salutem sacramenta: vnos & æquabiles vnorū nō sacrorum ritus & ordines. Eiuscēmodi harmonia magnum illud Ecclesiæ lumen Augustinum ad sacram pertraxit fidem, hæc à Christo legislatore accepta, ab Apostolis & Evangelistis sincere literis mandata, perq; manus tradita, martyrum sanguine contestata, & totius Christiani orbis consensu asseruata est, huic se, suamq; salutem non modo securè, sed etiam cum honore & dignitate concredunt fideles, cum tutissimū sit homini Christiano Christo Deo suo adhærere, ac honorificum etiam, tot, tam sanctos, claros, & concordes habere suæ fidei testes

*Nouitas et
eius natura* ac suffragatores, Cōtrā verò si quid aliud vel religionum vel opinionū, extrā Catholicā istam constantemq; uniformitatem, cum serpente callido caput exerat, illud si ad hunc expendatur modū, depræhendetur nullo

nullo admodum negotio, qua parte
falsum lateat , an non fumi sint , qui
pro veritate vendantur, an paleæ nō
obtrudantur pro tritico. Fiat, si lu-
bet, periculum de nostratum plausi-
bili doctrina , producantur in exa-
men noua nouorum hominum do-
gmata , & videatur si forte , uti so-
mniant , Ecclesia aut suorum obli-
ta sit , aut per illos rectius aliquid sta-
tutum. quorum quidem si neutrum
reperiatur, quid attinet tanta & in-
geniorū & virium contentione ve-
terem Ecclesiæ concordiam impu-
gnare. Si matris & prudentia &
pietate abunde saluti nostræ prospe-
ctum est , cur extollamus ita in eius
odium degeneris & adulteræ filiæ
ineptias ? Ac noui isti , nescio cuius
libertatis, buccinatores, si non inue-
niantur vel necessaria vel utilia ma-
gis veteribus, longoq; sæculorum v-
su probatis in medium adduxisse,
nemo tam vecors erit salutis suæ æ-
stimator , qui se libenter ihs potius
concredat. Sed eorum quibus su-

* spensus

Nova do-
gmata di-
uina, huma-
naq; simul
aerunt.

spensus iam tenetur orbis dogmatū
& opinionum , alia ad Deum perti-
nent ipsum , cuiusmodi sunt sanctæ
fidei , diuinorumq; sacrorum Sym-
bola & arcana: alia hominum saluti,
tuendæq; in terris Ecclesiasticæ po-
litiæ inseruiunt , sacramentorum sci-
licet medicina , clauium authoritas,
& traditiones sacræ. Vtrobicq; in la-
pidem offensionis scandalicq; petrā
impingunt recentes magistri , ac fi-
dei quidem necessitati addunt , so-
lam eam ad salutem sufficere cla-
mant : Sacrīs verò diuinoq; cultui
ita detrahunt , vt non emendasse vi-
deantur quod putabant aliqua in-
spectione opus habere , sed rem su-
stulisse totam , deiectis cum sacri-
cio altaribus , & prophanatis reli-
gionis nostræ mysterijs. Quam li-
bertatem maiorī etiam audacia v-
surparunt sibi in cribrandis Sacra-
mentis , clauibus , & traditionibus ,
vbi penē obtrudunt orbi , quod vel
ipsis videtur solis , vel quo saltē Ec-
clesiæ contradicant. Res ab exem-
pla

plo erit lucidior. Sola, aiunt, fides
iustificat: Missæ sacram, horariæ cōp
illæ in templis decantationes, cum
videantur quæstum facere, cessent:
Sacramentorum quibusdam duo, a-
lijs tria, & quatuor, plurimis nulla
sunt, præter eucharisticum, cuius ta-
men signum saltem, siue memoriam
porrigunt ulti: clauium potesta-
tem, cum sit ihs relictæ omnibus qui
ad regale Christi Sacerdotium per-
tineant, æque communē esse omni-
um: traditionibus, quæ quidem non
expresso nitantur scripturarum te-
stimonio, derogandum esse poeni-
tus. Atc p hæc ferè sunt nouarum, *Censura*
aut si maiis repetitarū nunc denuò *Ecclesiastis*
ex ipsis Erebī fauicibus doctrinarū nouis do-
capita. Ducamus iam ea ad Eccle-
siæ censuram. Ecquis verò in tota
illa Catholicæ Ecclesiæ commu-
nione sic docuit vñquam? Quis vel
idem hoc modo cum alijs sensit,
scripsit, vel ita sentiendo ipse sibi
similis aliquandiu fuit? Quæ regna
per Christianitatem, quæ prouincie

tale aliquod doctrinæ genus cōstan-
ter sunt amplexæ: Nihil hic repere
unt nouitatis patroni, quo vel anti-
quitatis, cuius est apud Christianos
summa authoritas , vel consensus,
extra quem audiendi nō sunt pror-
sus, vel etiam vniuersitatis, quæ plu-
rimum doctrinam commendat , ve-
lum aliquod sibi mutuent. Contra-
rium verò, nolint, velint, admittant
oportet. In ihs etenim quæ inde ab
initio credenda, tenenda, custodien-
da accepit Ecclesia Catholica , siue
ea Dei sint, siue communis hominū
salutis , vna etiamnum viget & tri-
umphat perpetua constantia, sancta
& immota concordia , fraternum &
æquabile studium. Idem de salutifi-
ca fide, de augustissimo missæ sacro,
de horis Canonicis, de Sacramentis,
eorumdemq; et numero & veritate,
de clauibus, de cæremonijs deniq;
crediderunt , senserunt , docuerunt
Catholici ab initio , constâter, equa-
nimiterq; vbiq; & semper. Ecquæ
admirabilis huius harmoniæ cau-

sac

sa? Quæ tantæ per tam vastum or-
bis spaciū concordie vincula? Spi-
ritus hoc sancti magisterium est,
missi paracleti hæc gratia, monar-
chæ vigilantia. Qui, quam regen-
dam suscepit Ecclesiam, non deserit,
ora manusq; dirigens, vt per varia
dona, perq; multa gratiarum mune-
ra vnuſ petatur scopus, vtq; hone-
stè omnia fiant, & ordine in Eccle-
sia. Hoc magistro imbuti remotis-
simi orbis anguli, opes & officia si-
mul contulerūt, quib⁹ coleretur an-
tiquitas, & conseruaretur vnitas. Sic
occidens iuuit orientem. Sic Syri
& Græci cum Latiniſ vnam ean-
demq; tuentur doctrinam. Sic quod
magnum habet miraculum, per Ec-
clesiam Catholicam vnum est cre-
dentiū cor, vna lingua. Sic deniq;
nos, qui Dei miseratione in arca illa
salutis circumuehimur, fidei nostræ,
sacrorumq; nostrorum testes habe-
mus & socios quotquot vspiam, v-
louē tempore, vel doctrinæ, vel san-
ctitatis nomine in Ecclesia clarue-

* 3 runt.

*Heretici
discordes:
& simula-
tores.*

runt. Cum ijs certum nobis est tam de fide doctrinæ ad nos vscp transmissa , quam de ordinaria in Christi Sacerdotio successione. Cum vi- cißim tali authoritate taliq; gratia omni destituti sint qui à nobis exie- runt, oriundi quidem ex nobis , sed quod immorigeri essent filij , homi- nes ceruicis duræ, serui arrogantes, superbi,carnis & cupiditatum man- cipia, excusso graui illis obedientiæ iugo,ad sensualitatis libertatē , bru- torum more animantium sese reci- pientes , nobiscum non manserunt. Adferant , si possunt , qui diuersum à nobis credunt,eiuscmodi aliquod doctrinæ suæ vel testimonium , vel authoritatem. Desudant quidem in eo,ad rauim vscp clamantes , muti- lata proferunt sacrorum horum pro- batorumq; virorum scripta , & anti- quitatis etiam honori insidian- tur. Sed frustra, nisi hoc nomine antiquū æmulari concedamus,quod ad serpentis in Paradiso , tentato- risq; in deserto exemplum sacra crepere eloquia. Consensum certe

82

& eam quæ ab ecclesiæ lumenibus
dependet, authoritatem nunquam
sibi tutò ementientur, vtut præsi-
gant commentationibus suis Hie-
ronymos, Augustinos, Ambrosios,
Gregorios. Quorum quidem nomi-
num dignitate etsi fucum faciant
simplicioribus, vbi tamen ad eccle-
siæ iudicium peruentum fuerit, ab
earū doctrina tam inueniuntur alieni,
q̄ sunt vitæ institutis, & moribus
disparés. Ac idem profecto hic ac-
cidere videmus, quod in magno ali-
quo principiū conuentu, in Comitijs
maxime imperialibus. Vbi, quæ
mundi huius filiorum urbanitas est,
nec in mensa, neq̄ in colloquio faci-
le apparet, qui ex animo sint Catho-
lici, qui secus, donec ad domini ex-
ercituum domum, ad tabernaculi
sancti sedem forte conueniant, tum
qui corde à Deo, Dei q̄ sacris iam
secessionem fecerunt in superbia
nouæq̄ persuasionis colles, ad ipsū
templi aspectum exhorrent, nec in-
grediuntur cum electis ad nuptia-

rum sanctorum solennia, sed allisi in
aditu templi ad offensionis lapidem
resiliunt. Haud aliter se res habet
cum nouatoribus nostris, totas char-
tas ex ecclesiæ doctoribus impin-
guant, dissimulantes Vatinianum
erga illos odium ut hac ratione sim-
plicioribus imponant. Et pulchre
admodum plumati sibi videntur ex
Catholicorum patrum scriptis, de-
generes illi altumq; petentes Dæ-
dali, siquidem exteriora solum spe-
ctentur. Ast ubi ad ecclesiæ pertra-
hantur censuram, ubi ad concordis
& vniuersalis iudicij calorem ad-
mouentur proprius, concidunt effi-
ctaæ alæ, liquefacta nimirum teme-
ritatis & arrogantiae cera. Ac ipse
quidem ecclesiæ Doctores suo ma-
nent loco honorato & excuso, pe-
tentibus interim illis grandiloquis
euolantibus ingens illud errorum
ac tenebrarum mare confessiones,
protestationes, colloquia, quibus sua
data noua nomina casus illos suos
tristes attestabuntur perpetuo. ex

qua

qua tamen arrogantia non erant ita
perituri miserè, si cum qua Docto-
res recipere debebant Ecclesiam si-
demq; , cum eructatis nuper nouis
suis opinionibus non desererent.
Cum itaq; magnis illis prærogati-
vís, antiquitate, que veluti est Eccle-
siæ primogenitura, consensu, ex quo
magna venit Christianæ doctrinæ
authoritas, & vniuersitate, certo illo
ad firmandas probandasq; omnes
omnium sententias, præsidio desti-
tuuntur Nouatores, nonnè insanum
est consilium, nonnè præsentis de-
sperationis species, ijs sese adiunge-
re, & ex Catholicorum castris, con-
culta Dei & Ecclesiæ prohibentis
reuerentia transfugā fieri? Sed in-
quietat aliquis, & ipsi habent doctri-
næ opinionisq; suæ suos Patronos,
sua exempla, vti antiquissima ali-
qua, sic ex ipsis propemodum orbis
angulis non pauca, fateor quod ne-
gari non potest, quamvis triste &
luctuosum. Habent sane errorum &
temeritatis antesignanos plurimos,

Nouatorū
authoritas
vnde sit.

† 5 sed

sed tales qui absterrere perditionis
sempiternæ pœnitentia facturæ suæ exemplo
debebant potius quam ad imitan-
dum æmulandumq; excitare. Non
absimili audacia debachatum olim
est in fidem, in pietatem omnem.
Sed à quibus tandem, quoùè modo
à simplicibus forte & absq; magna
aliqua & idonea circumueniendi
species minimè quidem hoc. primam
texuit fraudem angelica quondam
præcellentia superbus mille artifex,
cum ab initio quidem liberum face-
ret pomi esum quo interdixerat De-
us : & iterum post longum sæculorū
tractum, vbi persuali istius noxiij
morsus medicinam subolfaceret,
ipsum aggrederetur sub humanita-
tis mole latentem saluatorem, idq;
non proprijs armis, sed ementita ex
adulterato verbo diuinopersuasio-
ne. Hunc antiquitatis suę patronum
& authorem, hunc magistrum, hu-
ius doctoris artem sequuntur homi-
nes arrogantes, subdoli, maioribus
contradicentes, carnis, concupiscen-
tia-

tiarumqe ministri, qui inde à primis
ecclesiæ annis cōuellere annixi sunt,
quæ stabiliuisset cum Christo spon-
so, sub magisterio & directione spi-
ritus sancti, ecclesia Catholica. Ex
his principijs opera bona, quæ quasi
lucem addunt fidei, sustulerunt Eu-
nomius & Aérius: Manichæus le-
gis præcepta & tabulas exulare iu-
bet, arbitrijqe humani libertatem tol-
lit omnem: Henriciani & Pelagia-
ni paruulis baptismum negant: Se-
leuciani aquam, Donatistæ Chrismæ
sacrum in baptismo rident: Audaci-
iani & Vualdenses confirmationē
improbant: Nouatiani olei sacri, &
Chrismatis in ea usum damnant: Ia-
cobitæ eam quæ in secreto fit sacer-
doti confessionem dissuadent: Be-
rengarius veritatē corporis & san-
guinis Christi è Sacramēto auffert,
signum illud constituens nudum:
Nestorius fecat C H R I S T V M,
à corpore sanguinem discernens
suum cuiqe speciei tribuit separa-
tum, nec permittit C H R I s t u m p ræ-
sentem

sentem esse in sacramento, nisi por-
rigatur statim: Vviclefitæ cum Hē-
ricianis Missam abrogarunt, tan-
quam hominum inuentum: Aērius
de mortuis Christianis debitam in-
tercipit superuuentium pietatem,
excludens eos ab illorum intercessi-
one & meritis: Heracleonitæ extre-
mam vunctionem, Massiliani sacros
ordines in sacramentorum album
non admittunt: Aērius Episcopos
in sacerdotum redigit ordinem: Io-
uinianus cælibatum & virginitatē,
Lamperianus cum Donatistis &
Circumcellionibus vota reiçiunt
penitus: Eustachius, Vigilantius,
Eunomius, & Porphyrius sanctorū
inuocationem & venerationem in-
crepant, diabolo adscriptis, quæ ad
illorum monumenta & reliquias fi-
ant, miraculosis operibus: Psalliani
& Petrobusiani horarum canoni-
carum pensum è templis eiciunt:
Aērius, Eustachius, Iouinianus ieiuni-
nia, ciborumq; abstinentias cau-
lantur: Fœliciani cum Iconomachis
bella

bella inferunt Christi & sanctorum
imaginibus: Acephali caput ecclesię
in terris tollunt, nihil opus esse cla-
mantes aliqua inter communes fra-
tres superioritatem: Arrius post im-
pugnatam Christi hominis maiesta-
tem, item Donatus, & qui enumera-
ti sunt ferē omnes Rom. Pontifi-
cis Conciliorumq; authoritatem in-
sestati sunt, suam quibusq; colluui-
em veram esse ecclesiam vociferan-
tibus. Atq; hi ferē sunt monstrosa-
rum opinionum prīmi authores, &
Duces, sub quorum signis non in-
certa & salutis & honoris iactura
militarunt, quicunq; tandem extra
ecclesiæ castra in eiuscemodi erro-
rum auxilium stipendia fecerunt:
Hos suos siue hostes apertos, siue in-
sidiatores, & proditores ecclesia ca-
tholica prostrauit semper, quampri-
mum eos notis armis est aggressa,
hoc est quamprimum peregrina illa
dogmata ad antiquitatis, consensus,
vniuersitatisq; iudicium, tanquam
Lydium lapidem adduxit, factūq;
est

Ecclesiæ
triumphi.

est hac ratione, ut ex clarissimis vi-
ctorijs, totq; triumphis Ecclesiæ ca-
tholicæ trophæum statutum sit semi-
piternum. Videlicet quod ad eam,
tanq; firmam petram, allisa insur-
gentium capita confracta sint om-
nia, labores aduersus illam susce-
pti perierint omnes, adeo quidem
ut ex immensis & innumerabili-
bus contra eam erectis librorum
aggeribus, præter turpem autho-
rum memoriam superuiuat ni-
hil. Huius perfidæ Societatis
ipsum nomen cœlis abominabile,
terris inuisum cordatos homines
excitare debet, cautosq; reddere
ne vlla istius contagione integri-
tatem suam corrumpi patiantur.
Quum animæ nihil tam sit pericu-
losum quam Dei & Ecclesiæ hosti-
bus, Sathanæ instrumentis, diabo-
li squamis, hæreticis & schismaticis
coniungi: ac honestam etiam inter
homines existimationē in primis le-
dat, si quis neglectis honoratissimis
ecclesiæ ciuiib⁹ squalidi illius cœtus
turpi

cūrpi consortio sese addat. At uero
hæreticos fuisse, Dei hominumq;
piorum hostes, pacis & vnitatis per-
turbatores, blasphemos, impios, e-
cœtu & communione credentium
ejectos, & ipsis demum Ecclesiæ
fulminibus ad tristes erebi sedes de-
trusos, quorum superius nomina,
horribiles in auribus piorum appel-
lationes, recensuimus, nemo facile
est qui vel nesciat, vel addubitet, nisi
forte tot sanctissimorum hominum
scripta et ipsum Catholici orbis cō-
cors iudicium, validissima nimurum
ad deñciendas hæreticorum frau-
des tela, errorēs dicere, rursus quæ
per illa extinctæ penitus sunt haere-
ses & schismata salutarem doctri-
nam putare quispiam ausit. Quæ
tamen in re qui tam phreneticus ha-
beri velit, & in communi omnium
scientia tam ignorans, tamq; peruer-
si iudicij, nemo, credo, reperietur
bonus. Viderint itaq; qui in haec
mundi extremitate multo maxi-
mam partem eorum, de quibus iam

ante

ante saepius triumphauit victrix ec-
clesia, iterum in aciem produxe-
runt, viderint inquam qui sepul-
tos è cineribus excitarunt gigan-
taeos conatus, ne damnatorum
haeticorum fautores & socij habe-
antur. Viderint, ne dum inuidiosè
persequuntur pientissimam matrem
petulantis filiae veneficijs dementa-
ti, in priscos recidant errores, et cum
ijs qui in hoc studio præcesserunt
ductoribus, in perditionis foueam
præcipitenur. vt cumq; etenim sibi
arreptæq; causæ fucum faciant No-
uatores, vtut colore obducant recen-
tia dogmata, vt sua, quæ dicunt, om-
nia Christi esse vociferentur, vt Pau-
los mille, sanctorumq; patrum in-
uersa testimonia mille adferant, hoc
certe vniuerso orbi, cum luce meri-
diana est notissimum, veterum esse
Haeticorum insaniam, & grauissi-
mos priscorum temporum errores,
de fidei, vt ita dicam, nuditate, de le-
gis & præceptorum contemptu, de
arbitrij humani vinculis, de con-
culcatis

culcatis circa baptismum, & alia Sa-
cramenta cæremonijs, ritibus, eo-
rundemq; imminuta septenaria di-
gnitate, de confessionis quam auri-
colarem vocant, vsu sublato, de ne-
gata corporis & sanguinis Domini-
ci in Sacramento Altaris perpetua
præsentia, ac eiusdem in suas species
laniena, de missæ sacro, exequijs, ho-
ris canonicis, Sanctorum inuocatio-
ne, vel dubia vel assertiones contra-
rias, de votorum, cælibatus, iejunio-
rum, abstinentiæ, imaginum sacra-
rum, & ipsius Apostolici primatus
impugnatione. Hæ peruersæ op-
niones, hæc inferorum somnia, quia
iam sub ipsum Antichristi aduentū
res humanas iterum inuadunt, idq;
non suo antiquo more, hoc est, emis-
sa post vnam aliquam phalange alia
atq; alia, sed turmatim, ad instar ve-
hementis tempestatis, irruunt simul
omnes, eò profectò grauius est ex-
inde periculum, eoq; verum magis
quod talem aliquam antea nunquam
passa sit Ecclesia persequutionem.

¶

Atq;

Atq; de eorum quidem, quibus no-
stra ætate quassantur Ecclesiæ Ca-
tholicæ fores, tecta deiñciuntur, &
dolantur parietes, recentium dog-
matum enormitate & turpitudi-
ne, si ad excitanda, quorum fe-
rant facultates, piorum hominum
studia, adq; commouendam in opti-
mæ matris afflictiones comiseratio-
nē non sufficiat recordatio, hic certè
quem intuemur orbis aspectus, hi
disseminatae impietatis fructus, hæc
monstroſi partus deformitas, fran-
gere debent omnes, patrumq; corda
conuertere in filios, vt apertis ratio-
nis thesauris, reuocatoq; ad sanita-
tem mentis officio, in medium con-
ſulant qui possunt, qui non possunt
salutaribus saltem non obſtrepent
consilijs. Verè enim est ad radicem
arboris securis posita, verè imminet,
et in pectorū nostrorum niuosa hy-
me, & circa vltimi sabbathi solenni-
tatem fuga incommodissima. Vta-
mur audiendo auribus, & vel cum
viperina progenie effugiamus pru-
denter

denter immīnēs excidit, dum consilium adhuc restat et dies, dum non opprimit nox vtile labores. Sumamus nobis ad salutē quæ adhuc supersunt in luce ambulandi horas, mentesq; nostras et sensuum officia, vsu dignitateq; sua non ita defraudemus. fieri enim nō potest, si quod oculorum auriumq; est, non impe diamus ipsi, si animi virtutem incuria & oscitantia non reprimamus, ut ad horribiles nostri temporis prophanationes, ad extremas rerum omnium difficultates, ex mente nostra consiliū nō habeamus in promptu, vereq; non agnoscamus tandem falsam quæ nobis obtruditur, veri speciem, effictaq; ad imposturā magnifica verba. Quam utilitatem exinde consequemur maximè, si ad Christi saluatoris mandatum, sublati & mentis & corporis oculis, ex vsu rē cōsiderem⁹, ex fructu arborē, neq; enim quę bōa est doctrina, hōes malos reddit: nec vicissim quę im p̄ba, bonos & morigeros. Hic si prae-

sentem rerum omnium inuersione,
si letalia Reipub. vulnera , si tristem
corruentis mundi faciem , si viscerū
deniq; suorum conuulsionem filij
improbis adscripserit Ecclesia, nihil
forte abs re dixerit. Nouatores cer-
tē sunt qui Euangelium classicū ca-
nere , qui pietatis studia supersticio-
nem haberi, qui effractis obedientiēs
& humilitatis vinculis , sublatoq;
spiritus magistratu, carnem, concu-
piscentias , ipsa mundi numina im-
perare fecerunt. His acceptam fera-
mus licet magnam , qualis vix vn-
quam fuit, tam Religionis quam
Reipub. conturbationem , neq; ta-
men Euangelium culpamus , quod
idem nobiscū , exq; fontibus ijsdem
profitentur: sed adulterinam sancti
verbi tractationem , peregrinos di-
uinorum oraculorum sensus, & pol-
luti quod in scripturis est, sanctuarij
prophanationem. Et hæc illorum
sunt, non verbi , corruptæ inter do-
cendum, doctrinæ , non Euangelij
vitia. St diuī itaq; est, quod à com-
muni

muni omnium parente liberum cui-
uis datur , voluntas est, quam manu
nostra tenemus omnes, & ipsa prauit
assensus malitia , qua cum in sacra
Prophanaç omnia temere isti irru-
ant , tot mala dare solent Ecclesiæ,
tot excitare inter fratres contentio-
nes , quot ferè sunt qui reiecta post
tergum maiorum reuerentia , ductu
suo proprio in rebus tanti momenti
oberrare audent. Translati etenim ,
quos maiores nostri posuerunt , an-
tiquis terminis , agrum dominicum
suo dimetiuntur pede , & ex proprij
capitis præscripto nouam instituant
culturam , possessiones sibi arripien-
tes in quas missi non sunt. Dum igi-
tur in suis luxuriant placitis , dum
absq; superiore , absq; magistro sunt ,
non difficulter illis accidit , vt ex hu-
manis inuentis humani aliquid pa-
tiantur , hoc est , vt impingant & er-
rent , ad veterum capitosorum homi-
num exempla , quorum sunt eæ , quas
superius notauiimus , in Deum et ho-
mines voces impiæ , certè classes ,

certiçp tituli illarum omnium, quæ
ex veteribus illis reuocatis errori-
bus, longè lateçp per Ecclesiam gra-
santur recentium controuersiarum.
Iis enim, nolint velint, inuentoribus
adnumerētur oportet hæc noua do-
gma, ad eos reiçiuntur & morum
& doctrinæ socios Nouatores no-
stri. Si pudet hunc execrandum se-
qui coetum, si probro illis est talibus
addi infernalibus monstris, tam
squalidos habere commilitiones,
exeant illorum synagoga, renun-
cient tam turpi & inhonestæ mili-
tia, sesecçp restituant ipsi selectis
DEI altissimi exercitibus, vbi &
de salute perpetua est securitas,
& de salutis hostibus, carne pro-
pria, mundi stultijs, & Diaboli
fraudibus superatis æternus tri-
umphus. Grauia sunt hæc Prin-
ceps Reuerendiss. & Illustriss. ac
mollibus delicati nostri æui aur-
ibus dura inprimis, hæreticum ha-
beri, hæretico componi, hæretici &
cul

culpa inuolui, & affici pænæ metu.
Sed quid hic præter meritum se-
cum agi putabant, qui cum vete-
rum Hæreticorum furore partici-
pant? Qui idem quod illi antea, ite-
rato nunc agunt? Certe Ecclesiæ
non sunt quos è tenebrarum scam-
norumq; custodia effodiunt, aua-
ri nouitatis rimatores, thesauri, ge-
nunium non est Euangelium, sub
cuius velo tegi posse putant quæ
ab omni fructu Euangelij, ab omni
quam iubet Euangelium, charitate
tam procul absunt. Sanctis Eccle-
siæ patribus tribui non potest vlla
ratione temerariū hoc, capite trun-
catum, varietate et inconstantia mō-
strosum, pietate, charitate, concor-
dia omni destitutum doctrinæ ge-
nus: quale nimirum, dum viuerent,
ore calamoq; persequi non cessa-
runt, donec id magno Christiani or-
bis & gaudio & consensu, in arche-
typi diaboli cineres cōsepeleuissent.

* 4 Audi-

Audiant igitur necesse est , quæ no-
lint,cum quæ iussi non sunt , tam ef-
freni audacia dicāt,scribant, cogant
etiam & imperent. Præsertim cum
ad viuum propemodū referant pri-
scarum hæresum faciem , non solum
doctrinæ conformitate , sed etiam
facinorum imitatione & exemplis.
At ferri quoq; poterat moderatius
hoc incommodum, si ipsorum saltē,
qui sua leuitate inducti ad Ecclesia-
stica munera manus adiiciunt , non
vocati , non missi operarij , atq; ita
paucorum hoc esset naufragiū. Sed
hæc bestia magna,bestia blasphemie
adulteratę doctrinę libidine,ac ipsi-
us , quod petulantissime prostituit,
poculi fraudulenta porreptione, Re-
ges terre dementat , ipsum orbis im-
perium debilitat , fascinat , euertit.
Hæc impura,absq; fronte & pudore
magna meretrix toxico suo inficit,
corrumpit & auffert , quod post in-
troductionā omnium priscorum hære-
tiorum impietatem reliqui mansit
in orbe Christiano. Reges,Princi-
pes,

pes, magistratus, comunitates post
eam abeunt, capite nudi, manibus re-
uincti, abeunt inquam post eam, &
persequuntur cum illa sole amictam
mulierem, ecclesiam Catholicam, in
desertum vscq. Quid enim aliud sibi
vult effrenis mundi superbissima
cantio : NOL V M V S HANC
REGNARE SV PER NOS.
Et Pseudopropheta quidem ille
magnus cuius stellā ē puteo nimirū
ascendentem, septentrio vidit, post-
quam furori suo ista, ex magistratu
populoq; inuerso, præsidia consti-
tuit, non iam de repurgandis abusi-
bus agere, non sanandis ulceribus
manum admouere, quod egregie ab
initio simulauerat, sed apertas mu-
lieri insidias struere, infantulo eius
mucrone stricto iminere, & omnem
quam potuit vim inferre. qui susce-
pti negotij finis erat, ac ôvtinam
tam infœliciter quam impie propo-
situs. Successit enim, heu graue pec-
catorum nostrorum supplicium, suc-
cessit inquam scelerati cohatus au-

dacia, sic ut L. annorū spacio tanta
per ecclesiam Dei strages sit edita,
tanta ruina facta, quāta restitui inte-
grē posse ante mundi finē pluribus
non sit verisimile. Atilā certè supe-
rauit nou⁹ ille sanguinari⁹ Euangeli⁹
buccinator, siue impietatē hominis
cōsideres, siue crudelitatē. nocentior
invictus fuit. nec enim cessat solum
modo per eius classicū multo maxi-
ma Germanię pars ab omni priscæ
pietatis exercitio, ac alibi etiam quæ
florebant prius, iam periclitatur Ca-
tholicę religionis studia: sed iñmanis-
sima etiā infinitorum hominū cæde
raptu, incēdijs, vastatione, idolo suo
quod sub repurgatæ doctrinæ velo
erectū esse videmus, litauit, Vgorū
Vandalorū, et cuiusuis aliam ferociſ
simę gentis rabiem longè post se re-
linquunt tertij illius Helię, quinti E-
uangelistæ flammīnes, quibus bona
rapuisse, aliena occupasse, legitimo
magistratui illusisse, satis quidē non
est nisi animas quoq; interimāt, Ere-
bi regna augant, cum irrecuperabili

iactu-

factura illorum, qui restituendę an-
gelicę ruinę idonei creati erat. Sunt
huius rei tristia per omnē ferē Euro-
pā exempla, nihil satis ab ista lue tu-
tum, nihil tā remotū, q̄ nō pertingat
sæuitię huius audacia. At verò Ger-
mania est, monstroſi fœt⁹ parens mi-
fera. Getmania ē, dāni perditionisq;
suę fortis contēptrix. Germania eit
sempiterni sui dedecoris non extra
dolorem pudorēq; testis futura, quę
vel vna sufficit ad euincendum, quā
nihil habeant Christiani spiritus no-
ua ista dogmata, q̄ seruiāt solummo-
dō introducendę vltimę rerum om-
nium perturbationi, vltimo & certis-
simo regnorū, politiarūq; excidio.
Atq; hoc quidem et si durissimū eft.
dicendum tamen eft, cum vt vindi-
centur apud posteros catholici ab ea
quae fouet eiuscmodi prauitatē, su-
spicione, tum etiam vt animos sibi su-
mant, qui nō penitus sunt exoculati,
& relicta ista errorum sentina, ad
priscam synceritatem recurrent. Si
itaq; repetas hoc loco quod ab ini-
tio statim admonui, de utriusq;
Reli-

Religionis, incorruptæ nimirum,
quæ Catholicæ & appellationem &
dignitatem sortitur, & illius quæ
huic opponitur, adulteratæ studia,
progressus, mores, euentus, nihil ad-
modum tibi laboris erit Princeps
optime, iudicium censuramq; facere,
quæ cuiuis tempora tribui debeant,
qui fructus, an videlicet, id quod
nouatores impudenter satis decla-
mare videmus, nostræ tempestatis
placita tum locum in ecclesia habue-
rint ullum, cum ordinis tui dignitas
excreuit: cum Episcopi per Christi-
anitatem constituti, priorūq; hominū
largitionibus res Ecclesiasticae au-
ctæ, cum innumera templa ad glori-
am Dei erecta, omnesq; anguli di-
uinis laudibus repleti sunt: cum sa-
cularis præminentiae fastigium in
eo esset, ut sacra quidem tueretur,
non autem abrogaret; ut intelligeret
partium suarum esse, ex sacerdotum
labijs legem petere, non ipsis sacer-
todibus legem sacraq; dare, & præ-
scribere; cum deniq; vtriusq; politiæ
hæc

hæc essent studia, hi concepti fines,
vt omnia ad cœlestem Hierarchiæ
accederent proximè. Certè pui eius-
cmodi bona ad eam referunt quæ
iam orbi extrema minatur, doctri-
næ riguumq; deformitatem & in-
constantiam, nihil admodum facere
videtur aliud, quam quod nunquā
fuit, deplorata prorsus audacia im-
probè afferere, idq; negare vicissim
proteruè, quod publico vniuersi
mundi testimonio stat permanetq;
verissimum. Sanè sola hæc, quam
etiamnū profitetur ecclesia Catho-
lica, religio, sola hæc prisca primaq;
pietas, sola & vna credentium con-
cordia tantam nobis constituit Ec-
clesiasticæ Hierarchiæ maiestatem,
tam suaves peperit vtriusq; magi-
stratus concentus, tam durabilem
tuetur studiorum actionumq; har-
moniam. Huius solummodo bene-
ficium est quod per omnem terram
diuinæ voluntatis sonus exiuit,
quod absq; pastoribus, absq; docto-
ribus fuerit nihil, quod deniq; per-
sua-

suasus fuit mundus id se decere so-
lummodo quod oraculis diuinis, ho-
nestisq; legibus cōprobaretur. Sub
hoc concordi sp̄ritus imperio syn-
ceri Euangeliū tubam audire potue-
runt, ac poterunt etiamnum, q̄nnes
quotquot sub sole fuerunt homines,
aut post futuri sunt. In hac ecclesiæ
politia siquid emergere peregrini
volet, conspicitur ē specula, inq; tem-
pore sanatur, aut certe ejicitur legiti-
mis modis: dū quod sacerdos videt
Decan⁹ mature intelligit: perq; hos
Archidiacono innotescit, qui ad o-
uiliis pr̄fectum, Episcopum delatū
negotium hac ratione ad ipsum ec-
clesiæ summum pastorem, pontificē
Rom, in urbem transmittunt: vbi ex
Apostolico senatu remedia certa pe-
tuntur, quibus in officio continean-
tur fideles, prohibeantur & repellā-
tur improbi. Fitq; hoc modo ut vīgi-
let & excubias agat vrbis, de vniuer-
si orbis salute sollicita, prouideatq;
omni necessitatī spirituali: ita quidē
ut nihil penitus sit in ecclesia vel of-
ficio.

ficiorum vel dignitatum quod non
mandatum, munericōp̄ sui efficaciā
ex urbe sese habere videat, omnēcōp̄
successionis missioniscp̄ suæ rationē
per continuū Episcoporum & pon-
tificum ordinem ad Christū ipsum,
ecclesiæ principem & caput referre
possit. Sic quæ per totum orbem cō-
stitutæ sunt Christianæ pietati ca-
thedræ, quæ longè latecōp̄ positæ se-
des sacræ, non mundi sunt huius ope-
ra, non alicuius magistratus politici
negotia, sed Christi saluatoris est in-
stitutione et mandatum, sanguinis eius
hoc regnum, Apostolorum, successo-
rumcōp̄ eorundem exequutio, tradi-
tio, continuatio. Quale quiddam an-
hi vagi nostrorū nouatorum cœtus,
hi diffoni clamores, & irreconcilia-
bilia dogmata constituere tueriè
possint vñcōp̄, ex eo videre licebit,
quod tam sublime ferunt, mōstro-
so pugnacis Euāgelij sui corpore.
Sub hoc non quid antiquis di-
ctum sit quæritur, non semitis ma-
iorum insistitur, non consuluntur

de

de lege sacerdotum labia, non de
vijs antiquis interrogantur patres:
Nouū E- uangelii Lutherani corpus, po- litia, monu- mēta.
sed hoc est Euangelium, quod deba-
chari aliquis non erubescit: hic sacro-
rum eloquiorum sensus, qui libidini-
cupiditatiꝝ seruit: hæc doctrinæ
authoritas, quæ & docentium ef-
freni improbitate, & inepto vulgi
fauore nititur. Quibus de rebus ple-
nè quidem cognoscere possunt om-
nes ex præsentī rerum statu, quo-
quot liberos adhuc sensus possidēt,
ec indicabit etiam tam securè quam
seuerè, si qua nos est sequutura po-
steritas. Hoc certè vti fallere nescit,
ita quæ proposita nobis hic est, ma-
gni Seldij sententiam probè expli-
cat, tristissimam esse nimírum ex e-
ructatis nuper placitis nouis totius
Reipub. Christianæ faciem, nec vin-
ci hanc videri ullo superiorum tem-
porum infortunio. Atq; hæc, si quis
lachrimis parcere nolet, si hac ama-
rissima recordatione alijs & forte
pluribus oneri, sibi vero grauis esse
ipse nolet, tacenda potius erunt, quā-
feren-

ferenda in publicum. Quid enim,
proh Deum atq; hominum fidem,
deformitatis inuexit in Ecclesiam
ista nouatorum plusq; gigantæa li-
centia: quid turbarū dederunt: quid
scelerum per Rempub. cruenta no-
uorum ministrorum consilia: quid
per horum audaciam non loco mo-
tum, non gradu deiectum, non euer-
sum, quod quidem admisit noua ista
placita: Ac Romanæ quidem obe-
dientiæ ita valedicere solet hæc ē
scamnis eruti Euangelij noui reli-
gio, vt non excludat solum summi
Pastoris reuerētiā, pessimāq; red-
dat pro collatis, fidei, Sacramento-
rumq; beneficijs gratiam, sed illum
cane peius & angue habeat, odio
persesequatur, furore & gladio mani-
festè petat. Quod dum strenuè fa-
cere pergit, post conculcatam Eccle-
siasticam autoritatem, & sumpta,
quæ clam haberi nequeunt, impu-
dentiæ cornua, in politicum magi-
stratūm irruit non minore libidine,
donec sibi liberum fecerit quod li-



cere

œre cupit. Sublati sunt eiusmodi
conatibus per Germaniam saltem
post illustres duos Archiepiscopa-
tus integros, cæteros ut plurimum
attritos & labefactatos, Episcopa-
tus alij propemodum viginti: Qui
verò adhuc extremæ spei ossibus
hærent, si non in horum temporum
ordinem penitus redacti sunt, ita ta-
men languent, sine honore, sine of-
ficio ferè squalidi, ut præter nomen
ingratum de suo vix quicquam reti-
neant. Minoræ Ecclesiæ contuber-
nia, Collegia, Abbatiae, præpositu-
ræ, claustra Monastica, omnis reli-
gionis ac pietatis seminaria, tot in-
teriorunt, quot extitisse forsan ægræ
crederentur ab exteris. Sed his in-
feriora quoq; non sunt, ea quæ per
Angliam, Noruegiæ, Suetiam,
Scotiæ, Galliarumq; partes, itemq;
per Bohemiæ data sunt Ec-
clesiæ lethalia vulnera. Quæ si ex
vnius hominis insanía profecta esse
quis intelligit, si religionis hos esse
viderit peruersæ vitium, magnum
certe

certè præsentis iræ diuinæ argu-
mentum, quomodo sibi temporabit
à lamentis? Quomodo non extrema
quæq; exhorrescat alia? At non so-
lus Ecclesiæ sunt hæc damna ma-
xima, non dominicam modo hære-
ditatem expilant, non vnius saltem
summi sanctuarij est hæc pollutio,
sed & Imperij Christiani vires auc-
apertè occupat, aut certè distrahit
non obscurè hoc malum, Rempub.
lacerat, animos studiæq; hominum
dissungit, superioribus contradicere
facit, lscereq; iubet omne quod lube-
re poterit vspiam. Et hoc ex vtri-
usq; rei natura. Ut enim si officio
pietateq; fungātur rectè, ab ordina-
ria & diuina Ecclesiæ potestate cer-
tam habent consiliorum benedi-
ctionem, certam successuum prospe-
ritatem Reges, Principes, & qui-
cunq; tandem cæteris hominibus
cum aliqua authoritate & potestate
præsunt: Ita si Deo non ferunt acce-
pta suam fortunam, Si Ecclesiæ sint

Ingrati, ne dicam rebelles & hostes,
si ex sese, suisq; viribus sibi gratu-
lentur diuina ista munera, quomodo
potest non sequi post magnam qui-
dem ipsorum calamitatem, extrema
rerum communium inuersio, & ul-
tima, vltimi diei prænuntia, clades?
Atq; hinc nimirum est quod tam æ-
grè adhuc nomē tuetur supremi ma-
gistratus maiestas: hinc ille impi-
mis Imperialis culminis cōtemptus:
inde tam præter omnem conscienti-
am Reipub. euisceratio. Ruptis
enim honestatis, disciplinæq; Chri-
stianæ vinculis, explosis, quibus or-
bis olim in officio tenebatur, censu-
ris, id sibi quisq; libere sumit, id ar-
rogat, cuius ex sese suaq; illa creden-
di fiducia defensionem aliquam pe-
tere posse confidit. Hæc sunt præ-
sidia quæ luxurianti ad optimæ ma-
tris latus improbae filiæ patrocinan-
tur: hi effrontis doctrinæ animi, per
quos filio perditionis, abominatio-
ni in loco sancto ponendæ, via ster-
nitur. Sæcularis nimirum potestas,

mundi

mundi opes, terreç̄ thesauri, ex quibus consolari oportebat Ecclesiæ necessitates, curariç̄ languores, sic interuertendi prius erant, acq̄ vero & legitimo v̄su, ad nocentissimos superuenturi Antichristi abusus traducendi. Redeant nunc ad viuos, qui ob præclara prisca fidei & obedientiæ merita summam illam Romani Imperij dignitatem fortissimis & piissimis progenitoribus nostris contulerunt, Et rogent quam expectare debeant successores pro hoc immenso beneficio gratiam. Auditrent, si religio adhuc staret integra, ab omnibus omnium ordinum proceribus, tantū deberi merito à Germanis sanctæ Rom. sedi, quantum proficiisci queat à viris honestis & gratis. At vero, bone Deus, ad quam redacti sunt paucitatem qui vel agnoscant beneficium, vel agnitus reddere velint? Quis non aliam ire viam, quis non diuersum moliri videtur ab eo quod Roma monet, quod Roma pro suo quodam iure

* 3 præscri

præscribit? Quia etiam in re mon-
strosæ admirationis esse potest, mi-
nus valere apud infectos noua cre-
dendi lue Germanos, probatam tot
sæculis fidem, pietatem, benignita-
tem summæ sedis, quam vnam vni-
us insani hominis temeritatē. Quod
enim ex vībe octingentorum et am-
plius annorum perpetuis laboribus
plantatum est, totq; martyrum san-
guine rigatum, & ipsa Catholici do-
gmatis consensione in perfectum
corpus coaluit, debuit ne hoc, aut
potuit etiam citra magnam patriæ
communis infamiam ab uno aliquo
effreni periuroq; Monacho conuel-
li, aut labefactari? Debuit ne in no-
bis posteris locum inuenire, quod
maiorum grauitas nunquam admi-
sisset? Excusent qui possunt leuita-
tis expers esse, vitiumq; habere nul-
lum quod in re tanti momenti, in
Dei nimirum cultu, in animæ custo-
dia, tam facile admittitur imprōbus
consultor, nec animaduertitur inten-
tum ad quam tendat deformitatem,

quem

quemue adferat tristem exitum
deploranda ista Reipub. dissectio,
ex qua certe contemptui est hosti-
bus Germania, vicinis risui, sibi ve-
ro ipsi grauis & perniciofa. Reli-
gionis etenim labefactatae merces
est ista Germanici Imperij ruina,
quam metuimus: peregrinarum do-
ctrinarum fructus sunt tam pestife-
ra partium inter nos studia: quibus
effectu videmus, proh dolor, quod
quae concors & unita formidabilis
habita est & invicta Respub. nostra
semper, ea nunc in auspicio turbu-
lenti capit is dogmate ita dilacerata
nutet, ut neque constare diutius posse
videatur, nec autoritatem dignita-
temque suam tueri, cum nullus admis-
sum sit Reipub. ordo, non status,
magistratusque nullus, cuius non par-
tem aliquam occuparit, cuius non
inuaserit viscera funestum nouae re-
ligionis incendium. Et regna qui-
dem per Europam, quae aut con-
stituerunt NOVAT Oribus, aut
certe non prohibent satis hospitia

quæcūq; irreligiosa faciunt extrā mu-
ros Hierusalem sacra ad excelsum
Astoreth, vincunt iam numero ea
quæ Catholicam veritatem constan-
ter profiteantur. Qui deinde ad re-
gū fastigia proximē accedunt He-
roes magnicū Principes, si ex eo,
quod diuersissimum alunt, variæ re-
ligionis studio Imperio adesse iu-
beantur, quid putas auxiliū dabunt,
quidue consiliū? Sed & aliæ superi-
ores & præcipuæ dignitates sunt la-
befactatæ plurimum, sic ut colum-
narum etiam quibus innitatur Rei-
pu. maiestas, quædam luxatæ appa-
reant, quædam non extra periculū
positæ. Limitibus, non obscurè no-
uitas insidiatur. Prouinciarum op-
pidorumq; satrapæ nouarum parti-
um studijs aut succumbūt apertē, aut
agrè certē resistunt. Comitū quoq;
Baronum et Equitum stationes pe-
regrina placita reciperunt. Sed &
Ciuitatum multō maxima pars la-
borat turbatæ Religionis malo,
hæcq; pestem hanc grauissimam ad

villas

villas etiam & rusticos imperij emittunt. Adeo parum est per Germaniam ex quo sibi non metuat Ecclesia Catholica, adeo rurum quod consoletur eam, & in ultimis his ærumnis parumper erigat. Extat solertis ingenij non iniucundum opus geographicum, quod Europæ regna, prouinciasq; omnes ita exhibet, ut coronati virginei corporis habitum, adeoq; tale quippiam referat, quod tot, tantorumq; nobilissimorum regnorum pulcherrimam planeq; diuinam dispositionem id sibi velle ostendit, ut Imperij Romani ac Monarchiæ Germanicæ dignitas, vires, præsidia ex ijs veluti locis sint, vnde necessariæ & utiles humano corpori opes petuntur. Obtinet hac ratione coronam capitaliacq; ornamenta, & omnem faciei venustatem Hispaniarum regna, Pirenæis iugis ad colliterminos, tanquam monili quodam distincta, ex quo dependens Gallia pectoris occupat, dextricq; humeri

* 5 locum

locum, sinistri vero partem Belgæ
tenent, inde quæ imperij Rom. ho-
norem & potestatem tueri debent,
prouincię atq; ciuitates Germanicę,
omnia ea sibi vendicant, quæ vbera,
cordis sedem, latera, intestina, ven-
trē, ipsos vitæ fontes spectant, dex-
tri brachij dignitate Roma cum Ita-
liae opibus splendet, pomū Cæsarei,
quod orbis potestatem exprimit cu-
ram agens. Ex sinistro brachio sce-
ptro sustinēdo positi sunt Saxones,
Cimbriciq; populū: atq; hæc omnia à
dextro latere Hungarię, Misię, Grę-
cięq; à lœua Samaticis regnis, tanq;
pedibus innituntur. sic planè, quem-
admodū corporis humani salus atq;
dignitas, ex vitalium partium mem-
brorūq; omniū officijs constat: sic e-
tiā Germanici imperij maiestas ex
Europę regnis & prouincijs, in o-
mnes tantę molis vsus atq; necessita-
tes, admirabili prępotētis Dei cōsi-
lio dispositis, sperāda petendaq; vi-
deatur non iniuria. Iam vero si con-
sideres, quæ hominum vitæ ex in-
terna-

ternarum maximē partium morbis,
ad ipsum cordis domicilium sequen-
tibus, discrimina impendant, quam-
ue sit periculoso valetudini vel v-
nius ventriculi languidius officium:
non erit difficile animo nimirum ad
eām quā superius expressa est, simi-
litudinē directo, causas atq; rationes
colligere cur ex vitā salutisq; suā
fontibus, ex ipsa publicarum priua-
tarumq; rerum digestione, tam ma-
lē habeat imperium, tam egrē sua su-
stineat munera, tam difficulter spiri-
tum trahat. Quod si etiam ab exter-
nis corpus hominis commendatur, si
non modo ad venustatem & decorē
pertinet concinna & equabilis mem-
brorum proportio, sed utilis etiam
est ac pernecessarius vniuersis homi-
num actionibus illorum usus, nemo
admodum erit tam infirmi iu-
dicij, qui deformitatem, monstrosi-
tatem, claudicationem, mutilatio-
nem in bonis atq; pulchris ponere
facile velit, cum & natura eius-
cmodi defectus exhorrescat, &

homī

homines maxime præ cæteris ani-
mantibus corporis gloria atq; inte-
gritate non obscurè afficiantur. neq;
etiam est absq; detrimento siue ma-
nus alicuius siue pedis munere de-
stitui, aut coxis esse luxatis maleq;
coherentibus. Haud absimili labo-
ratur per imperium incommodo si
membrorum partiumq; studia atq;
officia, quorum concinnitas ad ele-
gantiam roburq; pertinet, distorta
sint: sed eo grauius esse videtur si
vnum vel alterum depereat prorsus,
aut inutile reddatur: longè miseri-
mum autem, si vel per naturæ erro-
rem omnino non adfit aliquid, vel
ex morbi lue, aut casu quodam abi-
ciendum penitus. Quale equidem
malum si vlo vnq; tempore Rem-
pub. inuasit, huius profecto erit in-
fœlicis nostri æui. At verò vnde id?
ex quibus partibus contracta lues?
Septentrionis hoc est egregiū mu-
nus, prophetæ noui hæc bona sunt,
Lutherani Euangeli fructus, qui-
bus aut infirmiora sunt facta, aut
ten-

tentata, ac offício remota, quae ad
imperij ac patriæ salutem spectabat.
Langue ex isto peruersæ doctrinæ
toxico vētriculus, intestina sunt ex-
ulcerata, cor ipsum tremit, pectori
lethales imminent catharri, sinistrū
brachium pedesq; inuasit podagra.
adeò, vt præter capitinis partes, dex-
trumq; brachium, nihil fermè sit sa-
num ac robustum istius corporis, in
cuius valetudine ecclesiæ atq; Rei-
pub. vita sedem collocauerat. Iam si
ex vetere apolo go siue in capitinis,
siue alterius cuiusdam vitalis membra
perniciem conspirauerint cætera,
quid expectabimus tandem miseri
Germani, nisi totius corporis disso-
lutionem certam & vltimam? atqui
metuunt certè tale nonnihil, qui ex
præsentibus periculis futura meti-
untur. Cuius veteris etiam populi
figura commonere nos poterit. Ita
enim ex Dei voluntate promissæ
terrae hæreditatem dimensus est I-
saëliticus populus, vt per vndecim
tribus constanti ordine collocatos,

velu-

veluti per murum & propugnacula,
sacraq; Iudaica Læuitici generis
portionem tutaretur. Quæ gens cū
verum Dei cultū fastidiret, & post
suaves falsorum prophetarum vo-
ces graderetur, non solum ad templi
thesfauros prophanum hostem inui-
tauit, sed se ipsam quoq; cum lege
& sacrī suis euertit penitus. Quod
ut ne Christianis rebus accidat limi-
liter post deiectos ecclesiæ Catholi-
cæ muros, euersaq; prisce religionis
propugnacula, post intercepta nimi-
rum & sublata regum atq; princi-
pum tutorum studia, non certè sta-
bit per commune illud apertumq;
odium, quod in clerum vniuersum,
ipsamq; adeo religionem excitauit
hæresiarcha Lutherus. quid enim
appellem eum mitius, quem talem
futurū diu ante sagaci spiritu præ-
dixerat Torquatus Mathematicus?
cuius tamen vocem hæresiarcham
scilicet, archidoctorem, patria lin-
gua reddidit nunc improbus quidā
interpres. Sed mitiora fortasse dabis

pater

pater ille misericordiarum omnisq;
cōsolationis, per nostrā emendatio-
nem, atq; pœnitentiā tempestiue pla-
catus. Atq; hēc sunt princeps Reue.
& Illustris. quæ ob temporū nostro-
rum occasionē loqui volui T.C. in-
ductus ad id tam preclara D. Seldij
viri opt. et doctiss. sētentia. Quā qui
dem verā esse fatebuntur omnes qui
vel ecclæsiastica negotia curāt, mu-
nusue aliquod sustinent præ Repu.
vel communium rerum non prorsus
sūt ignari. Ego sanē ita mecum statuo,
sī huic q; videmus, deformitati adjū-
ciendum aliquid sit per nouatorum
improbitatē, nihil ferè deesse nisi
manifestam Antichristi tyrannidē,
ad quam si quis se componere volet
ex his qui nostræ sunt tempestatis
tumultibus non omnino intempe-
stiuum erit consilium.

Vtilissimum autem esse arbi-
tror eiusmodi rerum cogitatio-
nem cum prijs omnibus, tum vel ma-
xime principibus Catholicis, vt ex-
citentur nimirum ad zelum domus
Dei,

dei, admoneanturq; officij quod ab
ipsis flagitat in his turbis Ecclesia
sancta. Proderit eam ad rem post
ipsum, qui optimus est magister, re-
rū vsum, lectio Historiarum, nostri
maxime temporis. quod profecto
tot dedit, tamq; insignes vtriusq;
tam Ecclesiastici quam politici sta-
tus mutationes & difficultates, quot
prius vix aliud ullum. Et horum il-
lustriora sunt quæ circa sublimes
personas, circa regna potentissima
acciderunt. Ita enim comparatum
est in rebus humanis, ut alta mire-
mur magis, & ex clarorum hominū
fortunis exempla libentius nobis
sumamus. Et quia magni ac pericu-
losi in Repub. motus, grauissimorū
plerunq; scelerum poenas consequi
solent, operæ precium est non igno-
rare hoc magnos Principes, ne vel
securius ipsi negligentiusue officiū
faciant, vel subditorum prauitatem
remissius cohibeant. Nam cum prin-
cipis error populi sit exemplum, ac
viciissim subditorum delicta, si non
iuste

luste coereantur, ad ipsius magistratus discrimen pertineant, utrobicq; capiti est periculum, ac tūm certe grauissimum, si post externam honestæ vitæ contaminationem, interioris quoq; hominis integritas vim patiatur, sicq; enormi sceleris consuetudine demententur homines ita, vt Deo etiam, et sacris omnibus bellum indicant. Fecerunt hoc irre recuperabili Reipub. Christianæ damno post Reges aliquot nobilissimos, Principes clarissimi, faciunt etiamnum, post sedatas in superioribus ac potestatibus furias, subditi. Vnde non incerta est pacis ac pietatis omnis exterminatio. Quarum rerum tria illustria habemus exempla, tres efficacissimas admonitiones, ex Anglorum, Scotorum, Gallorumq; furoribus. Hæc ab alijs quidem iam ante in publicum emissa, colligere volui, subq; tuæ Celsitudinis patrocinio, Princeps optime iterū legenda porrigere, eo sane consilio ut de necessarijs quibusdam rebus opor-

A cunē

et unè simul admonerēt. Habent enim
hi fanatici motus quod magnates ad
conscientiæ salutisq; studium exti-
mulet. Habent veræ religionis ex-
grauissimis et acerbissimis agitatio-
nibus perpetuam laudem, et illustres
triumphos. habent deniq; noui Euā-
gelij genuinam descriptionem, et ex
ipsis sanguinarij animi, effectorūq;
morum lineamentis verissimā ima-
ginem. Et hęc vel ideo ad te pertine-
re possunt, vt ad perpetuā erga De-
um gratitudinem atq; pietatem ex-
citent. Cuius nimirum inexplicabile
munus est, quod nobilissima tua fa-
milia in medijs hæresium atq; erro-
rum turbis & periculis, ad verum
veri Dei cultum immota perstat, nec
ullā ea in re, ex pessimorum tempo-
rum contagione labē admittit. Neq;
etiam ab officio tuo sanctissimo erit
alienum, Ecclesiæ dolores atq; ne-
cessitates intelligere, ad cuius con-
solutionem vires tuas omnes, fortu-
nas, facultatesq; omnes conferendas
esse censibus procul dubio, qui ad
Eccle-

Ecclesiastica munera non solum re-
ctissimo firmoq; iudicio accedis, sed
etiam manifesta Dei voluntate sub-
inde magis magisq; vocaris. Dein-
de quoq; non erit inutile ire diuinæ
exempla intueri, cum Regum ma-
gnorū ea quæ Ecclesiæ sunt, vel in-
solenti animo sibi usurpatum, vel
quæ suscipere pro ea maxime debe-
bant, gnauiter negligentium arro-
gantiam atq; socordiam, non solū
propriæ dignitatis iactura, sed etiam
Prouinciarū generisq; nobiliss. exci-
dijs, ac populorum acerbissimis poe-
nis expiari videntur. Quæ res offi-
cij conditionisq; admonere rectissi-
mè poterūt, te præsertim, qui & pro-
pria ingenij bonitate, & ex optimo-
rum parentum institutis, ad veræ
sempiternæq; gloriae ornamenta cō-
tendis. Meum vero hoc qualecunq;
studium, certè si animum spectes tui
obseruantissimum, non omnino po-
stremum, vt benigne accipias etiam
atq; etiam oro. Vale, & cresce fœ-
liciter Princeps clarissime, magnum

A 2 ordi-

ordinis tuæ decus , certumq; Eccle-
siæ Catholicæ præsidium. Mona-
chij ad Sereniss. parentis seruitia au-
lica, vltima die Octobris, quæ sacra
est D. Vvolfgango , veri Episcopi
exemplo, adeoq; paternarum ter-
rarum Patrono tutelari. Anno
a Christi nativitate
M. D. LXXIII.




DE ERRATIS.


*Admonendus est lector, Typographum sequentes historias ab exemplaribus non satis emendatis descripsisse.
Vbi tamen grauiora commissa sunt, ea restitui sic possunt. atq; pri-
mam, B uersam folij faciem
notat. leuiora benignus
lector facile con-
donabit.*

B 3	a	proruerentibus	lege	prurientibus
b	idq; summa			incip; summa.
B >	b	confessus		confessus.
D 5	b	constitit.		constituit.
D 6	a	pansationis		pausationis.
E 2	a	dementiam		clementiam.
E 8	a	instructiones		instructores.
G 5	b	sive literis		sine literis.
H >	b	enimore		timore.
H 8	a	erupuerunt		eruperunt.
I 8	a	à iudibus		à iudicibus.
K 4	a	concito		concitato.

K 5 a	cassi	casei,
K 6 a	ad Dæmonum	Dæmonum ad (hic redundat.
L 3 a	eiusdem	eisdem.
L 4 a	mundatus	mundata.
M 6 b	dissuaderens	dissuaderent.
M 8 b	sumptu	sumpta.
O 8 a	sensertam	senserant.
P 4 a	vim	cum
R 1 b	quo	quæ
R 5 b	ictu	ista
T 4 b	intercidere	intercipere.







VENERANDO

IN CHRISTO PATRI, SVM.
maque pietate ac doctrina Viro, Theodorico Lo-
ther à Stratis, Carthusie Aulæ Mariæ, in Bu-
xia vico Sueviæ prope Memmingen Priori, nec
non Visitatori Provinciae Alemaniæ inferioris
eiusdem ordinis meritissimo, Vitus à Dulken,
Prior domus montis diuī Michaëlis iuxta Mo-
guntiam, ordinis Carthusiensis, & Guilielmus à

Sittart, dictæ domus Procurator, concor-

des & humiles in Christo

fratres, S. P.

dicit.



Vanquam sta-
tim a tempore gratiae,
quo filius Dei Iesus Chri-
stus, creator & redem-
ptor noster, Euangelica
sua luce vniuersum mundum illustrauit,
ut omnis qui crederet in ipsum, mortem
non perhorresceret, sed vitam haberet
sempiternam, ranta repente extitit Mar-
tyrum multitudo, exuberante nimis
virtutis ac fidei copia, ut eorum nume-
rus esset innumerabilis, testante Apoca-
lypli & dicente : Post hæc vidi turbam
B magnam,

Epistola

magnam, quam dinumerare nemo pos-
terat, ex omni gente, & ex omni tribu,
& populo & lingua, stantes in conspectu
throni & agni, & erant amicti stolis albis
& palmæ fuerunt in manibus eorum, &
magno clamore dicebant: Salus Deo no-
stro, sedenti super thronum & agno, &c.
Tamen paulò post, cum iam primus ille
primitiæ Ecclesiæ feruor paulatim claus-
gescere inciperet, animique Christiano-
rum ad vitia, quam ad virtutes penè pro-
niores ferrarentur, martyria simul rare-
scere coepere, licet passim alioqui & prae-
sertim in cœnobij multi extiterint san-
cti patres, qui obedientiæ, castimonix,
patientiæ, humilitatis & deuotionis, non
poenitenda ediderint exempla, Quò ad-
mirabiliores merito cœsendi sunt hi Cat-
thusiani, quorum nos hystoriam syncera
intentione publicari curauimus, qui in
ipso mundi iam senescentis occasu, quo
omnia vitia stant in præcipiti: adeo, ut
nequeant vel ulterius progredi, vel altius
tantaque mentis vi & flagrantia in Ca-
tholica fide & Orthodoxa nostra reli-
gione perstitere, quamlibet interim fre-
mentibus

Nuncupatoria.

mentibus carne, mundo & Diabolo, vt
primævis illis martyribus non modo pa-
res, sed tanto habeantur iure superiores,
qñanto fuerunt tempore posteriores. Illi
enim superiores tum immolati fuere
Christo, cum nemo ferre difficile vel ar-
duum putaret, martyrem fieri, propter
innumerabilem eorum, qui quotidiè tan
quam oues occisionis ad laniænam trahe-
bantur, multitudinem. At hi nostri cum
paucissimis alijs, quorum præcipui fuere
nulla vncf obliuione oblitterandi, D. Io-
annes Phischerus, Episcopus Roffensis, &
Thomas Morus, hoc nostro corruptissi-
mo sæculo, quo penè prodigiū instar sit,
pro Christo mori, eandem quam illi in
opprobrijs patientiam, in vultu hilarita-
tem & in voce constantiam retinuere pa-
riter ac præstitere, idque in ipso flagran-
tissimo acerbissimum suppliciorū cru-
ciatu. De diuo Laurentio legitur, quod
cum corporali laboraret incendio, a-
mor diuinus naturalem restinxerit ar-
dorem, & quamuis Tyrannus fomenta-
adderet, ligna subjeceret, incendia au-
geret, ipse tamen has flamas præfidei
ardore non senserit.

B a Charitas

Epistola

Charitas enim Christi flammam ignis superabat, & internus ignis multò ardebat vehementius, quam externus, nec visceribus sensit vrentia tormenta, qui sensu interiore refocillantia Paradysi possidebat refrigeria. Ipse ergo in tormentis gaudebat, Tyranno insultabat, & ad perficienda supplicia blandissimis verbis induitabat ultrò. Ecce, inquiens ad Decium, Carbones isti tui sunt mihi loco refrigeri. Et iterum: Assatum est mihi latus alterum, versa & manduca. Item diuus Vincentius raptus, tractus, flagellatus, ac iamiam cruci suffigendus, moras carnicum increpauit, ac Deciano dicenti: Vbi nunc miser cernis corpus tuum, respondit: Infelix, has ego epulas semper optauit. Et Tiburtius, cum iussus per Carbones viuos nudis plantis incederet, inquit: Videor equidem mihi per florentia roseta obambulare, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Quid dicemus de virginibus martyribus, ac cum de alijs innumeris, tum de diua Agatha & beata Catharina, quarum illa cum a iudice Quiriano interrogaretur, quare cum a cruentis spiculatoribus duceretur, glorians & exulta

Nuncupatoria.

& exultans ad Carcerem accederet.
Quia (inquit) ibi quos semper optauit, cœlestes inueniam thesauros, quos neq; ærugo atteret, neque tinea vñq; sit consumptura. Hæc vero ad Maxentium Imperatorem sic ait: Adhibe quæcunque vel humana crudelitas, vel Tyrannica diritas fingere potest tormenta. Nam ego carnem & sanguinem meum Christo sponso meo iam diu offerre desidero, si cuti ille quondam Deo patri se se pro me victimam præbere non recusavit. Non minor vtique virtus & cōstantia fuit, horum nostrorum martyrum Carthusianorum, licet vergente mundi vespere, ac omnibus mortalium proruentibus. Aestu, frigus, famem, sitim, nuditatem, carceris squalorem patientissimè pertulere, cumque ad supplicium duxisset carnifex, & quod dictu est horrendum, viua adhuc & palpitati corda pectoribus raptim euula in eorum ora coniiceret, simulque exprobraret, suam erga regem inobedientiam & infidelitatem. Nostra, vnanimiter inquiunt, illi sunt corda, ubi est thesaurus noster Iesus Christus, & fidem obedientiam nostrā ab illo supremo omni-

Epistola

um rege iam audiuimus in cœlis com-
mendari, qui & ipse iamiam incipit ca-
pitibus nostris imponere coronas de la-
pidibus præciosis. Hæc tu regi tuo re-
nunciato, ut & is per eiusdem misericor-
diam aliquando conuersus, diuina gra-
tia non excludatur, quam nos illi, ut ve-
rè fideles subditi, pñs semper votis sumus
comprecati. O inconcussa fidei rupes, ã
verè cōsolidata fidei petra, quæ tam hor-
rendis suppliciis, tantaque cruciatuum
diritate non potuerit quicquam commo-
ueri, sed perstiterit vbiique firma, fixa, im-
mota & inuicta, idq; in ipso mundi senio
idque summa humani generis licentia,
ignauia, væcordia & mollicie, in ipso de-
niq; extremo totius effusi Tartari furo-
re. Quum igitur Maiores nostri accurata
diligentia superiorum maryrū historias
monumentis literarum commendau-
rint, vt eæ certis festiuis diebus populo
Christiano propositæ, incitamenta sint,
ad similia in afflictionibus preferenda, p
remque fortitudinem & perseverantiam
in aduersis certaminibus adhibendam.
Nihil enim est aliud vniuersa Christiani
hominis vita, quam militia super terrā.

Iuxta

Nuncupatoria.

Juxta illud Chrysostomi: Tu Christiane
delicatus es miles, si putas te sine pugna
vincere, sine certamine triumphare, ex-
erce vires fortiter, dimica atrociter, in
prælio isto concerta, considera pactum,
quod spopondisti: conditionem, quam
acepisti: militiam, cui nomen dedisti,
hoc pacto cuncti pugnant, hac conditio-
ne vniuersi vicere Christiani, &c. Haud
abs re & nos quoque videbamur facturi,
si præsentes hos nostri sæculi & ordinis
martyres, pari pietate ac industria descri-
ptos, curaremus in publicum venire, ac
candidis animis per Typographorum o-
peram immortalitati consecrari, preser-
tim cum hi eò nobis maiori debeant es-
se hortamento ad eundem calicem, si ita
Deo placuerit, bibendum, quò & ætate
propiores, & propter eundem ordinem
eandemque vitæ regulam nobis fuere
coniunctiones.

Porro autem vobis Reuerende pater,
ob id potissimum præsentem hanc histo-
riam transmitendā, vestroq; nomini pe-
culiater nuncupandā duximus, ut quem-
admodum hactenus & vitæ instituto &
periculis sustinendis, proximè ad istorum

Epistola

sanctorum Martyrum imitationem- ac-
cessistis, ita & in posterū ipsorum exem-
plō ad perseverandum, quaque cōpistis
via, intrepidē pergendum, & ad cursum
alacriter cōsummandum animemini, in-
citemini & corroboremini. Non defuit
antehac animus vester martyrio, sed po-
tius animo vestro martyrium defuit, qui
pro Christi charitate ac nostrae religio-
nis zelo, innumerabiles in hunc usque di-
em peregrinationes, labores, molestias
& vitæ discrimina sustinuitis, dum pri-
mum Hildesemensi Carthusia excedere
iussi, ac mox a Reuerendo totius ordinis
patre & capitulo generali commissione
legitimē accepta, nullum diem intermis-
sistis, nullamque vobis requiem concessis-
tis, quin in diuersis Carthusijs ab Aposta-
tis passim ablata repeteretis, diruta repa-
raretis, deprauata reformaretis, omnijq;
tandem in pristinam & Catholicam Or-
thodoxorum patrum integritatem reuo-
caretis, qua in palæstra, dum fœliciter,
aspirante cœlesti fauore, luctamini, quan-
tam odij molem, quantamq; huius mun-
di magnatum & potentum inuidiam sus-
tinueritis, hac præfertim turbulentissima
tempore

Nuncupatoria.



tempestate, facile est cuius non imprudenti per se æstimare. Ceterum, quemadmodum vos istis vestris laboribus, nisi ab ipso sufficiente omnis boni remuneratore Deo, condignā mercedem nunquam accipietis : ita currentibus vobis calcar addere, & pro virili allaborare, vt in salutari isto opere ad finem usq; perdureatis, nullam sicuti planē nobis persuademus, apud vos vtiq; in reprehensionem vñq; incurret. Quinimō præsentem hanc nostræ erga Reuerendam vestram partitatem obseruatiæ significationem, tantō speramus vobis futuram gratorem, quanto Carthusianorum istorum Martyrum historia, propter eundem (li. curi iam aliquoties dictum est) ordinem eandemque vitæ regulam, planeq; contemporaneam nobis passionem, efficacius, viuidius, & expressius potest vos in magnanimitis & diuinis istis vestris operibus confirmare & corroborare, adiutore patre cœlesti, qui ut similiter perficere non dedignetur, quod in vobis, tanquam singulari ad hoc delecto organo incœpit, per Dominum nostrum Iesum

B 5 Chri.

Epistola

Christum indesinenter obsecramus. Edi-
cta nostra domo ad Moguntiam sita,
Anno Dominicæ incarnationis
1550. Mense
Julio.



Vener

VENERABILIBVS
& Religiosis Viris ac Dominis,
Vito à Dulken Priori, & Guili-
elmo à Sittart Procuratori Car-
thusiae Moguntinæ, suis in Christo co-
lendis Patribus, Cyprianus Vo-
melius à Stapert, L.L.
Doctor, S.

C onstituunt alij speciosa torenata Diuis,
Dum precio grandi marmor eburq; pa-
Votiuas alij ponunt de more tabellas, (rant.
Quas rude miretur vulgus in aede sacra.
Est quoq; qui statuas auro gemmisq; decoret,
Ingenij cupiens edere signa pij.
At hæc cuncta loco tantum spectantur in uno,
Quoq; minus profunt, hoc minus illa probem.
Vos ô Vite Prior facitis præclarius ergo,
Atq; domus curam tu Guilieme gerens:
Qui studio vñanimi ex sucerâ mente, piorum
Aeditis in lucem facta stupenda Pstrum.
Vt iam cognosci possint, cerniç; legiç;
Quā Sol Oceanî flammiger ambit aquas.
Vtq; hæc Christicolas doceant exempla per orbē,
Vulnera pro Domino ferre Crucemq; suo.

Hans

Hanc operam vestram laudare viriliter at sint,
Atq; alijs multis pr. eposuisse velim.
Hæc vestros animos intentio sancta decebat,
Hæc exercitijs cura beatæ fuit,
Qui vclit, aspiret grandes ad opes & honores,
Hæc sit vestra quies, uester hic esto labor.
Cumq; sacris hymnis precibusq; Deoq; vacatis,
Nostra, precor, vestri pars quora sit meriti.



Tabula

TABVLA AFFI-

xa ad sepulchrum Tho-
mæ Mori.

*Ex iugta sua
in scriptura*

Thomas Morus vrbe Londinensi, fa-
milia nō celebri, sed honesta natus,
in literis vtcunque versatus, quum
& causas aliquot annos iuuenis egisset in
foro, & in vrbe sua pro Syreno ius di-
xisset, ab inuitissimo Rege Henrico
Octauo(cui vni Regum omnium gloria
prius inaudita contigit, vt fidei defen-
sor, qualem & gladiosè & calamo verè
præsttit, merito vocaretur) adscitus in
Aulam est, delectusque in Consilium, &
creatus Eques, Proquaestor primum, post
Cancellarius Lancastriæ, tādem Angliæ,
mīro Principis fauore factus est. Sed in-
terim in publico Regni Senatu lectus est
Orator populi.

Præterea Legatus Regis nonnunqp
suit, alias alibi. Postremo vero Camera-
ci, comes & collega iunctus principi le-
gationis Cuthberto Tunstallo, tum Lon-
dinensi, mox Dunelmē Episcopo. Quo
viro vix habet Orbis hodie quicqp eru-
ditius, prudentius, melius. Ibi inter sum-
mos

*Tunstal-
lus.*

mos Orbis Christiani Monarchas rursus
refecta fœdera, redditamque mundo diu
desideratam pacem, & lœtissimus vidit,
& legatus interfuit, quam superi pacem
firment, faxintque perennem. In hoc offi-
ciorum vel honorū cursu, quum ita ver-
saretur, ut neque Princeps Optimus ope-

Qualis in ram eius improbaret, neque Nobilibus
Magistra esset inuisus, nec iniucundus populo, fu-
tu fuit
Morus. ribus autem, homicidis, hæreticisque mo-
lestus. Pater eius tandem, Ioannes Morus
Pater Eques, & in eum Iudicum ordinē à Principe cooptatus, qui Regius confessus vo-
Mori. catur, homo ciuilis, suavis, innocens, mi-
tis, misericors, æquus & integer, annis
quidem grauis, sed corpore plus quam
pro ætate viuido. Postquam eo productā
sibi vitam vidit, ut filium videret Anglię
Cancellarium, satis in terra iam se mora-
rum ratus, libēs emigravit in cœlum. At
filius defuncto patre (cui quam diu super-
erat comparatus, & iuuenis vocari con-
sueuerat, & ipse quoque sibi videbatur)
amissum iam patrem requirens, & edi-
tos ex se liberos quatuor, ac nepotes vi-
decim respiciens, apud animū suum co-
vit persenescere. Auxit hunc adfectum
animi

animi subsequuta statim, velut adpeten- Philoso-
tis seni signum, pectoris valetudo dete- phia Mo-
rior. Itaque mortalium harum rerum sa- ri.
tur, quam rem a puero penè semper opta-
uerat, ut ultimos aliquot vitæ suæ annos
obtineret liberos, quibus huius vitæ ne-
gotijs paulatim se subducens futuræ pos-
sit immortalitatem meditari, &c. Tan-
dem Anno Milesimo quingentesimo tri-
cesimo quinto, sexto Nonas Iulij, ob de-
fensionem iustitiae capite truncatus, fœ-
liciter migrare meruit ad Chri-
stum. De quo infra latius
Folio 3.B.



Bernar-

Bernardus ad Carthusianos
tres de monte Dei.

Nolite timere pusillus grex, ait Do-
minus : sed omnino confidite, quia com-
placuit Deo Patri, dare vobis regnum.
Videte fratres mei vocationem vestram.
Altissima enim est professio vestra:
cœlos transit, par angelis est,
angelicæ similis pu-
ritati.

Quiequid habes meriti, præuentrix gratia dona.
Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.
Tendimus huc omnes, metā properamus ad unū.
Tristia damnatis, sunt gaudia plena beatis.
Dignior est sceptro, & regni diadema virtus,
Post obitum æterna manet sequiturq; sepultos.



De

DE CAPTIVITATE &
Martyrio D. Ioannis Phi-
scheri, Episcopi Roffensis, pro-
pter secundas nuptias Regis, & con-
stitutionem schisina-
ticam.



Euerendus Pater
D. Ioannes, Episcopus
Roffensis, dum per pa-
storalem curam apud
oues sibi commissas re-
sidens, custodiret vigi-
lias noctis supra gregem suum, tum vitæ
sanctimonia atque austeritate, tum ad-
ministrandis Sacramentis, tum assi-
duitate docendi voce simul & scriptis,
denique mira liberalitate in egenos, be-
nignitate in studiosos multis annis ve-
rum agebat Episcopum. Hic ergo quasi
stella matutina in medio nebulæ, & qua-
si luna plena in diebus nostris, & quasi
sol resplendens, sic effulgit in templo Dei,
errantiumq; tenebras suæ sanctitatis &
eruditioñis splendore discussit. Verum
talis ac tantus vir, qui in diebus suis pla-
cuit Deo, & inuentus est iustus, dum vr-

C gente

Historia

gente conscientia, primum quidem secundis nuptijs, quas Rex (repudiata & superstite D. Catharina prima uxore sua) cum quadam Anna superducta, Anno Domini M. D. XXXIII. celebra-
re constituerat, tum verbis tum scriptis
contradicceret. Deinde nouæ constitutio-
ni totius Concilij seu Parlamenti Regij
(quæ Regem ipsum supremū post Christum, tam in spiritualibus quam temporalibus, regni caput, sub poena corporum & rerum, ab omnibus suscipiendum & tenendum, & omnem aliam extra regnum Ecclesiasticam potestatem abnegandam, schismatica temeritate mandauerat) sese Dei solius & veritatis intuitu, constanter opponeret, per satellites publica potestate apprehensus, & in arce seu turri Londoniensi multis diebus captiuus detentus est. Hinc XV. Kalendas Iulij, Anno XXXV. productus, & ad Curiam propè Vuest Monasterium fre-
quēti satellitum armatorum stipatu, per-
ductus est, partim nauigio, partim e quo, ob corpusculi debilitatem, quam præter ætatem auxerat carceris incommoditas, licet ipse valetudinem suam ie-
junij

Martyrum Angliae.

funis & vigilijs, studijs & laboribus ac lachrymis, vehementer aggrauasset. Ille vero, tametsi non ignoraret eius cognitionis exitum, nihil tamen perturbatus est, sed placito ac propè etiam ad hilariatem vultu composito, ad tribunal euos, cantibus paruit. Cumque super obiectis articulis interrogaretur, iuxta D. Thomæ Mori, & aliorum qui sequuntur martyrum responsa, in sequentibus fulsis expressa, per omnia Catholicè respondit, adeò, ut mirarentur aduersarij conformitatem responorum, nescientes unum veritatis spiritum, unam per omnes eloqui veritatem. Quapropter iuxta monrem eius regionis, per duodecim viros, ad pronunciandum de eo (num morte dignus esset, qui constitutioni Parlamenti obstitisset) electos, fœdo & terribili mortis genere damnatus est, simul atque Regi visum esset. Hoc adiectum creditur si forte spe veniae posset à sententia deduci, supplicio territus Carthusianorū, qui paulo ante, suspesi, euiscerati, & membratim diuisi fuere. Quod autem mitiore post poena affectus est Roffensis, q̄mina. batur iudicium sententia, in causa fuisse

Historia

putatur, quod metuerint, ne senex & ex-
hausto corpusculo, si per viam tam lon-
gam rheda trahae tractus fuisset, ut alij
sponte expiraret. Igitur noster Roffensis
accepta tam horrendæ mortis sententia,
quum satellitibus stipatus reduceretur in
arcem, ut ad ostium ventum est, versus
ad satellites hilari placidoq[ue] vultu: Pluri-
mam (inquit) boni viri, vobis habeo gra-
tiam, pro officio quo me euntem & re-
deuntem deduxistis. Dixisse hominem
ex hilari suauiq[ue] redire conuiuio, adeo &
color erat iucundior, & ipse toto corpo-
ris gestu, quatenus per grauitatem licuit,
laetitiam quandam præ se ferebat, ut ne-
mini non esset perspicuum, sanctissimum
virum, ceu iam portui vicinum, toto pe-
ctore ad illam beatam tranquillitatem
aspirare. Nec diu dilata est mors. Ad de-
cimum Calen. Iulij productus in planici-
em, quam Angli vulgo dicunt turris col-
lem, vultu non solum constanti, verum
etiam alacri, paucis allocutus est populū.
Primum Regi Regnoque benē precatus
est. Mox ardēti magis quam prolixa ora-
tione seipsum, Dei misericordiae com-
mendauit: simulque procumbens in ges-
tu,

Martyrum Angliæ.

nua, gracili & exhausta ceruice securim accepit. Neque enim apud Anglos carnisices gladio ceruicem incidunt, sed damnato in truncum ad id apparatus inclinant, securi caput amputant. Quanto cum animi dolore viderint hoc spectaculum, quibus religio pietasq; cordi est, & qui Christi spiritum in pastore operantem experti fuerant, facile quiuis ex se poterit aestimare.

Fertur quidem, quum Episcopi Rosensis caput esset in ponte Londoniensi de more expositum, non solum non emarcuisse, verum etiam magis effloruisse, viuoq; factum similius. Ea res seu fama quum vulgo increbuisset, sublatum est atque abditum. At veriti ne idem eueretur in capite Thomæ Mori, priusq; expuneretur, aqua feruenti decoctum est, quo plus haberet horroris. Heu quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde: Heu quomodo sanctus Doctor Ecclesiæ, præco Dei, propugnator fidei, verus pastor, dans animam pro ouibus suis, tanç fur & latro, propter vilissimam adulteram, pro suis sceleribus postmodum ultimo supplicio, ab ipso Rege affectam, diu

Ioan. 10.

C 3 tissimo

Historia

tissimo carceri mancipatur, & propter
vnitatem fidei & Ecclesiæ tuendam, tur-
pi mortis genere necatur, dum Christum
& eius sermones erubescere
coram hominibus
recusat.

*De D. Thomæ Mori captiu-
tate, bonorum confiscaſione, &
ultimo ſupplicio, propter confeſſio-
nem veritatis.*



Homas Morus nō
ita pridem regni Bri-
tanicī Cancellarius (qui
hanc ſeuam tempeſta-
rem venturam tum præ-
ſentiens, ne cogeretur
innocentibus inferre, qd in ſe ipſo iam
perpellsus eſt) officium Cancellariæ, qd
proxima post Regem dignitas eſt, ſpon-
tē resignauit. Cumque ſecundis Regis
nuptijs ex ſolo Dei timore contradic-
ret, bonis ſuis omnibus priuatus, & pen-
petuo

Martyrum Angliae.

petuo carceri addictus est. Anno au-
tem Domini M. D. XX X V. Ca-
lendis Iulij, ex arce Londoniensi, edu-
ctus ac Magistratui & Iudicibus à Rege
ordinatis præsentatus fuit. Ibat reus ba-
culo innixus, tam longam viam, corpore
graui infirmitate in carcere debilitato,
nihil tamen perturbationis vultu præ se
ferens. Primum recitati sunt Articuli
criminum, quæ illi obijciebantur. Mox
Cancellarius, qui Moro successit, ac Dux
Nortfordij, hunc in modum reum allo-
cuti sunt : Vides More te quidem ex
hac parte in Regiam Maiestatem graui-
ter deliquisse, nihilominus tantum de
ipsius clementia & benignitate confidi-
mus, si pœnitere volueris, tuamque hanc
temerariam opinionem, cui pertinacissi-
me adhæsisti, in melius commutare, te
delicti remissionem facile consecuturū.
Quibus Morus: Magnifici viri, vobis(in-
quit)gratiā habeo, de vestra erga me be-
nevolentia. Verum illud solum Deum o-
ptimum maximum oro, ut ipsius ope ad-
iutus, in hac mea recta opinione usq; ad
mortem perseverare valeam. Quantū au-
tē ad accusations, qbus oneror, attinet,

Historia

vereor ne vel ingenium, vel memoria,
vel verba ad explicationem sufficiant,
cum non solum impedit articulorum
prolixitas & magnitudo, verum etiam
diuturna in carcere detentio, necnon &
gritudo debilitasque corporis, qua nunc
sum affectus. Tum iussu Magistratus alla-
ta est sella, qua cum residisset, hunc in mo-
dum sermonem prosecutus est.

Quantum ad priorem partem ac-
cusationis pertinet, quae habet: Me, quod
magis animi mei contra Regem maleuo-
lentiam ostenderem, in contentione de-
secundo eius matrimonio, perpetuo ob-
stetisse serenissimae eius Maiestati, nihil
aliud habeo respondere, nisi quod iam
antea dixi, id urgente conscientia me fe-
ciisse. Non enim volebam nec debebam
Principem meum celare veritatē. Quod
nisi fecisset, præsertim in re tanti mo-
menti, ynde pendebat & Principis ho-
nor, & regni tranquillitas, tum verē fui-
sem quod nunc obicitur, malevolus, per-
fidus & proditor. Ob hoc delictum (si
modo delictum dici debet) grauissimas
dedi poenas, exutus omnibus facultati-
bus meis, illisque fisco addictis, ac perpe-
EUO

Martyrum Angliae.

tuo carceri adiudicatus, in quo iam mens
ses quindecim totos fui detentus. Sed his
omissis, tantum ad ea respondebo, quae
sunt huius negotijs præcipua. Dicitis me
pœnam commeruisse, quam infligit consti-
tutio seu statutum, in proximo Proces-
sum conuentu, me in carcere agente, fa-
ctum, quasi malitioso ac perfido animo,
proditoriè detraxerim Regiæ maiestati,
famam, honorem, ac dignitatem, quae il-
li perdictam constitutionem consensu
omnium erant tributa, videlicet quod
ibi Rex declaratur sub Iesu Christo su-
pernum caput Ecclesiæ Anglicanæ. At-
que ante omnia quod mihi objecritis, me
nihil voluisse respondere Secretario Re-
gis, ac venerabili maiestatis illius Conci-
lio, quando me interrogabat, quæ nam
esset mea de illo decreto sententia. Re-
spondi me iam mundo mortuum esse,
nec istiusmodi negotijs amplius sollici-
tari, sed tantum meditari in passione Do-
mini nostri Iesu Christi. Ad quod iam
clarè respōdeo, vobis ob huiusmodi me-
um silentium me morti adiudicare non
licere. Quoniam neque vestrum decretū,
neque vllæ leges mundi possunt quenq;

C 5 ob

Historia

ob silentium addicere morti, sed tantum
ob dictum vel perpetratum facinus. De
occultis enim solus iudicat Deus. Tum
regius Procurator suscipiens sermonem,
Huiusmodi (inquit) silentium certum
aliquid indicium erat & obscura signi-
ficatio, malignæ alicuius cogitationis cō-
tra ipsum decretum, propterea, quod o-
mnis subditus syncerus & fidelis Regi, bū
de dicto decreto interrogetur, tenetur c̄
tra omnem dissimulationem respōdere,
Regium edictum esse bonum, iustum ac
sanctum. Tum Morus: At si (inquit) verū
est, qđ ius commune habet: Qui tacet con-
sentire videtur, meum istud silentiū plus
approbavit vestrum decretum qđ infirma-
uit. Iam quōd dicis omnem fidelem sub-
ditum obligari, vt respondeat Regium
edictum esse bonum, si interrogetur. Re-
spondeo bonæ fidei subditū magis oblī-
gatum esse Deo, conscientiæ & animæ
suæ, quam vlli alij rei in hoc mundo, ma-
xime si talis conscientia, qualis est mea, n̄
hil offendiculi, nihil seditionis pariat do-
mino suo. Nam illud pro certo vobis af-
firmo, quōd nulli mortalium hac in re
detexerim conscientiam meam.

Venio

Martyrum Angliæ.

Venio nunc ad secundum accusa-
tionis caput, quo arguor contra dictam
constitutionem seu decretum vestrū ma-
chinatus fuisse, eò quod ad Roffensem
scripserim octo paria epistolarū, quibus
illum animarim aduersus istud edictum.
Evidem vehemēter optarim eas episto-
las hic proferri. Sed quoniam sicut vos
dicitis, per Episcopum exustæ sunt, ipse
vobis vltro illarum argumenta comme-
morabo. In quibusdam tractabantur res
familiares, sicut nostra vetus consuetudo
& amicitia postulabat. Una ex illis re-
spōsum ad ipsius epistolam habebat, qua
scire desiderabat, quo nam modo respon-
dissem in carcere, cum prior examinarer
super dicto decreto. Cui respōdi: me me-
am conscientiam exonerasse, & ratio-
nem esse securum: idque ut ipse similiter
ageret, admonebam. Hæc fuit, ita sit mihi
Deus propitius, mearum literarum sen-
tentia. Harum igitur causa non possum
per vestrum decretum siue edictum ad-
dicimorti.

Quod verò ad tertium articulum at-
tinet, qui continet me cum à Senatu exa-
minarer, respondisse, vestrum decretum
simile

Historia

simile esse gladio ancipi, ut qui obtemperaret, periclitaretur de salute animæ, qui auersaretur, amitteret vitam, ac ea dem respondisse Episcopum Roffensem, sicut dicitis: Ex quo appareat hæc inter nos de complicito agi, vtroque eodem modo respondentem. Ad hæc respondeo, me non simpliciter, sed sub conditione esse locutum, Videlicet si esset aliquod statutum simile gladio ancipi, quo nam modo quisquam hominum sibi posset cauere, ne alterutram aciem incurrat: Porro quid responderit Episcopus Roffensis, ignoro, & fieri potest, vt eodem modo responderit. Si illius oratio cum mea congruebat, id nequaquam accidit ex conspiratione, sed potius ex ingeniorum ac doctrinæ similitudine. Breuiter illud pro certo habetote, me nunquam maliciose quicquam locutum contra vestrum decretum. Interim tamen fieri potuit, vt multa ad cōcitandum mihi odium apud Regiam Maiestatem depravatē sint persata.

Post hæc vocati sunt per ministrum publicum duodecim viri, iuxta gentis illius consuetudinem, quibus traditi sunt articuli,

Martyrum Angliæ.

articuli, ut super illis consultarent ac iudicarent, an Morus malitiosè contra decretum peccauisset. Qui cum per horæ quartam partem secessissent, reuersi sunt ad Principes & Iudices delegatos, ac pronunciarunt Gylthi, hoc est, condemnatus aut dignus est morte. Mox Cancellarius pronunciauit sententiam iuxta formulam memorati decreti.

His ita peractis, Thomas Morus sic orsus est loqui: Quādō (inquit) morti sum adiudicatus (rectē ne an secus, nouit Deus) ad exonerandam meam conscientiā, liberē vobis de vestro decreto dicam quād sentio. Primum illud dico, me septem annis intendisse animum studiumque meum in istam causam: Verū hactenus in nullo doctorum ab Ecclesia probatorum reperi scriptum, quōd Laicus, aut ut vocant sacerdos, possit esse caput status spiritualis aut Ecclesiastici. Hic Cancellarius interrumpens Mori sermonem, Domine More (inquit) ita ne tu vis haberis sapientior, meliorisque conscientiæ omnibus Episcopis, tota nobilitate, toto denique regno: Ad quæ Morus, Domine (inquit) Cancellari, pro uno Episcopo, quæ habes

Historia

habes tuæ opinionis, mihi sunt facile dotti
tum, idque ex illorum numero, qui inter
diuos relati sunt : & pro vñico vestro
Concilio (quod quale sit, DEVS nouit)
pro me habeo omnia Concilia genera
lia, annis ab hinc mille celebrata : & pro
vno regno, habeo Franciam, cæteraque
Christiani orbis regna omnia. Hic Dux
Nortfordij interpellans, Nunc (inquit)
More perspicue liquet tua maleuolen
tia. Ad quæ Morus : Ut hæc loquar (in
quit) non incitat maleuolentia, sed cogit
necessitas, ad exonerandam conscienti

Rom. 8. am meam, teste Deo, qui solus scrutatur
corda hominum. Præterea hoc quoque
addo, vestrum decretum perperam esse
factum, quoniam ex professo iurastis, nis
hil vñquam facere contra Ecclesiam, que
per vniuersam ditionem Christianam
vnica est, integra & indiuidua. Neque
vos soli ullam habetis autoritatem, ci
tra aliorum Christianorum consensum,
condendi legem, aut instituendi Concil
ium aduersus vñionem & concordiam
Christianitatis. Sed non ignoro, cur me
morti adiudicaueritis, videlicet ob id,
quod nunque voluerim assentire in negotio

Martyrum Angliae.

clo noui matrimonij Regis. Sed tamen mihi magna spes est in bonitate diuina, quod quemadmodum sanctus Paulus legitur, persecutus fuisse diuum Stephanium, qui tamen iam vnanimes agunt in celo, sic nos qui discordes sumus in hoc mundo, in futuro saeculo pariter sumus concordes, & perfecta charitate vnanimes. Hac spe fretus, precor Deum, ut vos seruet vnā cum Rege, eique dare dignetur bonos consultores.

Cum vero iam peracto iudicio, Morus in carcerem reduceretur, priusquam ad turrim esset peruentum, vna Filiarum eius nomine Margareta, per medium fastitum turbam ruens, flagrans immo- dico desiderio patris, nulla habita ratio- ne sui, nec loci publici, nec circumstan- tium, vix tandem ad patrem perrupit, ibique collum eius amplexa, miserando fletu suum extremum dolorem est te- stata. Cumque illum aliquandiu arcti- simè constringeret, dolore viam omnem vocis præcludente, pater permisso fatel- litum, eam hoc modo consolatus est: Mar- gareta esto animi fortis, nec te excrucies amplius: Ita visum est Deo. Iam pridem
nosti

Historia

nosti secreta cordis mei. Inde patre des
cem aut duodecim passibus abducto, rur
sus accurrit ad amplexum patris. Ibi Mo
rus nullis emissis lachrymis, nulla vultus
perturbatione, hoc tantum dixit: Vale,
& Deum pro salute animæ meæ depre
care. Hic apud se quisque reputet, quām
valido pietatis mucrone transfixum sic
cor Mori.

Inde septimo die Iulij, fuit capite
truncatus, in magno campo, qui est anti
Regiam: Ac pauca priusquam obtrunca
retur, loquebatur: Tantummodo rogans
cumstantem multitudinem, ut pro eo
orarent in hac vita. Ipse vicissim in alia
vita intercederet pro illis. Præterea illos
ardentissime hortabatur, ut Deum pro
Rege suo deprecarentur, quatenus illi da
re velit rectum consilium & mentem bo
nam. Palam protestans se mori eius fidei
omnipotentis.

*De D. Reginaldi Theologi
Martyrio responsis, & sententia mor
tis propter fidem Ec
clesiae.*

Anno

Martyrum Angliae.



Nno 1535. die quin-
ta decima mensis Apri-
lis, in aula maiori de
Vuestmūster, Principes
& domini Angliae, cæ-
terique iudices congregati,
statuerunt quorundam religioso-
rum & sacerdotalium audire responsonē,
qui nonnulla contra Regiam maiestatem
dixisse, scripsisse uē accusati, eorundem
haberent reddere rationem. Itaque inter
hos primo Doctor quidam Theologiae,
vir angelico vultu omnibus gratiosus, &
spiritu Dei plenus, ex Abbatia dicta Sy-
on, Londonij ordinis S. Brigitte, inter-
rogatus est per D. Cancellarium in hac
forma: Cur soli (inquit) vos presumptuo-
si vultis persistere in opinione vestra, que
sententiae datæ per Parliamentum, hoc
est, per tam grandes Dominos & Episco-
pos, omnesque ferē vniuersitati regni pro-
ceres, contraria est? Ad quod idem Do-
ctor respondit: Decreueram quidem
imitaturus Dominum nostrum Iesum
Christum, dum in iudicio coram Herode
statueretur, nihil respondere: Verū quo-

D niam

Historia

niam me vrgetis ad finem, quō tam me,
quām hic astantium conscientijs satisfa-
ciam, dico quod nostra opinio, si de te-
stimonij verorumque suffragijs agi pos-
set, instructior copijs esset, atque testimo-
nijs multo copiosior, quām vestra. Siqui-
dem pro quibusdam, quos tu ex vnius
regni Parlamento adducis, totum ego
habeo mecum orbem Christianorū, ex-
ceptis adhuc his, qui sunt de hoc regno,
non dicam omnes de regno, quoniam
minor pars pro vobis est. Et dato, quod
maior pars regni infectaretur opinio-
nem meam, tamen id non fieret *ex sen-*
tentia, sed per externam duntaxat simile-
lationem: idque metu amittendarum di-
gnitatum ac honorum, aut spe fauoris
regij sibi conciliandi. Super quo articu-
lo, quantotius illi mandatum est per Se-
cretarium regis, sub pœna incurriendi ri-
gorem legis, quatenus manifestaret, qui
nam illi essent, de quibus loqueretur. Ad
quod respondit omnes esse bonos huius
regni. Et continuans suum primum pro-
positum dixit: Quantum ad testimonia
spectat defunctorum Patrum, ego pro
mea parte habeo Concilia generalia,
omnes

Martyrum Angliæ.

Omnes Pastores & Doctores Ecclesiæ,
qui fuerunt à mille quingentis annis, si-
gulariter vero sanctos, Hieronymum,
Ambrosium, Augustinum, Gregorium.
Et certus sum, quod postquam serenissi-
ma maiestas huius rei cognouerit veri-
tatem, erit supra modum offensa qui-
busdam Episcopis, qui hoc illi consili-
um dederunt. Posthæc mandabatur ei,
ne vitra loqueretur, sed solum respon-
deret ad hoc, quod causam grauare vi-
debatur, qua videlicet ratione ipse per
grandem maliciam, cōtra authoritatem
Regis intra regnum multis dissuadere
non veretur, ne opinioni Regiæ maie-
statis & Parlamenti consentirent. Tum
ille, Ego (inquit) vobis respondeo primū,
Si starem in iudicio coram Deo, manise-
stum fieret, nunq̄ me contra Regem, nec
contra quamcunq̄ aliam personam, per
malitiam declarasse meam opinionem
homini cuicunq̄ viuenti, sed quibus resi-
stere non potui, ad exonerandum meam
propriam conscientiam, id commisi in
confessione. Verum est, me vehementer
fuisse contristatum, postq̄ serenissimam
Maiestatem in tanto deprehenderam,

D 2 errore,

Historia

errore, sed nunquam inde locutus sum
aliter, quam dixi: Et si tunc non declaras
sem meam sententiam, ego iam declara-
rem: quoniam in hac parte obligatus sum
Deo, & conscientiae meae, & in talibus
iure non possum offendere Principem
meum, nec quemuis alium. Hinc isticum im-
positum ei fuit silentium. Verum ille:
Postquam non vultis (inquit) quod am-
plius loquar, secundum legem vestram
me iudicate. Inde cum audisset a duode-
cim viris ad hoc delectis, se condemnari
reuin mortis, dixit cum magna constan-
tia: Hoc est Iudicium mundi. Deinde sup-
plicauit Iudicibus, ut darent fibi spatium
duorum aut trium dierum vitae, ad prae-
parandum conscientiam suam, qua mori-
possit, quomodo religiosum & bonum
decet Christianum. Cui responsum est, in
sola bonitate consistere Regis, si velit illi
hoc praestare, & id amplius in Iudicium
non esse potestate. Ad quod ille: Credo
(inquit) videre bona in Domini terra vi-
uentium.

Dc

Martyrum Angliae.
De crudeli mactatione diuersorum, pro veritatis testimonio.



Rior Londonien-

sis Carthusiæ accessit Ea
leemosynarii Regis &
Doctorem Latmet, &
alium quendam Docto-

rein, dicens pro releua-
tione conscientiæ suæ velle dicere tria.
Primum, viso quod Dominus noster Ies-
sus Christus dedit suis Vicarijs spiritua-
lem potestatem per sua verba Euangeli-
ca: Et tibi dabo claves regni coelorum, &
nullus vnḡ doctorum hæc verba alteri
dicta esse asseuerauit, præterq; sancto Pe-
tro soli, quæ quidem potestas inde ad ali-
os deriuatur Apostolos, & consequenter
ad Papam & Episcopos. Quo ergo mo-
do possēt illa verba intelligide Rege ho-
mine Laico & sœculari, q; ipse sit supre-
mum caput, & primas Ecclesiæ Anglicanæ?
Secretarius autem Regis audiens ver-
ba hæc, dixit: Tu ergo vis facere Regem
presbyterum, mandas ne amplius loque-
retur. Postea per duodecim viros puni-

D 3 ciata

Historia

ciata est sententia mortis, & executioni
mādata, quarta die Maij anno XXXV.
in hunc modum. Primum quatuor reli-
giosi, quorum unus erat Doctor prae-
dictus, & unus solus presbyter sacerdotalis
(quoniam alter iunior accepit gratiam)
tracti sunt ex magna turri Londoniensi,
per ciuitatem usque ad locum iustitiae,
distantem à ciuitate per vnum miliare
Francicum, ubiq̄ sine aliqua reverentia
ordinis, aut habitus sacerdotalis vel reli-
gionis, sine degradatione, & in proprii
vestimentis appensi sunt patibulo, p̄ gros-
sam quandam chordam, ne strangularen-
tur. Inde statim depositi sunt adhuc via-
ui. Deinde abscissis primum verendis, &
in ignem coniectis, extraxit eis spicula-
tor corda eorum, quæ transfixit, & igne
quoq; cremauit. Inde abscissis capitibus,
corpora sunt quadripartita, quæ postea
posita sunt super portas & loca publica
dictæ ciuitatis. Et licet ad terrorem stu-
quentium, posterior semper viderit tru-
cidationem præcedentium, priusq; mor-
tem ipse exciperet, testor tamen multo
tempore non visos, qui tanta ut hi con-
stantia, perseverantes usque in finem,
mortem

Martyrum Angliæ.

mortem excepissent. Nam quomodo in animo non sunt a via veritatis mutati, ita nec in vultu pallor, nec in verbis trepidatio, nec in aliquo gestu corporis timor apparuit mortis. Spiritu namque veritatis roborati, pro qua ad mortis ibant agonem alacres, perinde ac olim tuti & sani fuerant, remanserunt. Rogabant autem Principes & astantes omnes perseueranter bene vivere, Regi fideliter servire, eidem in omnibus, præter ea quæ contraria voluntatem Dei & Ecclesiæ sunt, obedire.

Protestabantur quoque nunquam se fuisse Regi inobedientes, nil in rebus quæ repugnabant sancto Euangilio & Ecclesiæ Catholicæ, atque ideo recipere se mortem non solum patienter, sed & perlibenter. Addebat præterea, agnoscentes magnam à Deo sese assequitos gratiam, quod pro veritate eis deditisset mori, & pro assertione huius Euangeliæ & Catholicæ doctrinæ, videlicet Regem non esse supremum in spiritualibus primatum caputque Ecclesiæ Anglicanæ.

Cæterū, qui hęc vidimus, aut legimus siue audimus, gratias agimus Deo, qui

D + spiritu

Historia

spiritu induit fortitudinis atque zelo charitatis multos sibi amicos, qui in Anglia pro veritatis testimonio sanguinem suum fuderunt. Cuiusmodi sunt Episcopus Roffensis, Thomas Morus, Carthusiensis multi, aliorumque ordinum constantes omnes, quorum capita membráue post mortem stipitibus affixa, prædicant nobis, quam fidem quámue charitatem ad Christum & Ecclesiam, debeamus habere usque in mortem, hocque à se factum suo nobis exemplo commonstrant. Cœcidiit enim illis in gloriam multo maiorem sic patibulis et stipitibus esse affixos, quam cum auro gemmisque sepultos. Ab omnibus enim transeuntibus eorum constantia discitur, prædicatur, atq; in mundum traducitur: quo cæteri quoque discant homines adhuc in mundo superesse, qui non timent eos, qui corpus possunt occidere, sed eum potius, qui potest statem habet & corpus & animam mittere in gehennam.



Passio

Martyrum Angliæ.

*Passio XVIII. Carthusianorum
in regno Angliæ: Qui pro eo quod schismati ad-
hærere, & ab unitate Ecclesiæ Catholicæ
segregare nolabant semet p̄sos,
crudeliter martyriza-
ti sunt.*

Præfatio.



Euerēdo Patri Do-
mino Ioanni Priori ma-
ioris Carthusiæ, totius
ordinis nostri Primati
dignissimo, Frater Mau-
ritius Chañey Anglus,
monachali nomine indignus, reuerenti-
am & obedientiam offert promptissimā.
Postquam omnipotenti Deo placuit, so-
mnum dare dilectis patribus, & profes-
sis domus olim dedicatæ in honorem an-
nunciationis beatissimæ matris Dei, dul-
cissimæ virginis Mariæ, ordinis nostri
Carthusiensis, iuxta ciuitatem Londo-
niarum, in Prouincia Angliæ, ut requie-
scant à laboribus suis, Reuerende Pater,
de eorum vigilia & somno paternita-
tem vestram certiorem reddere operæ-
precium existimauit. Nam ex quo altare

D s illud

Historia

illud sacrilegum erectum est in Bethel,
vt ultra non ascenderemus. Hierusalem,
ne conuerteremur ad Dominum, nullus
ex cognatione nostra de eorum obitu
vobis quicquam significauit: Quippe qui
nec auli fuimus, & nobis insidiatores vi-
dique, ne quid tale faceremus, erant po-
siti. Nunc vero, quoniam eripuit me De-
us de laqueo venantium, & constitit su-
per excelsam terram, semotum a timore
nocturno, necessarium duxi, de his omni-
bus que acciderunt nobis, non nihil R.P. V.
significare. Verum prius imitator factus
filiorum Israël, quibus Iordanem ingre-
sis in terram promissionis perrecturis yi-
sum fuit, vt durissimos lapides de medio
Iordanis alueo tollerent, & illos in loco
castrorum ponerent, vt essent in monu-
mentum filiorum Israël in æternum, per
quale iter eduxerit eos Dominus, archa
interim testamenti persistente in medio
fluij, donec omnia completerentur, que
præcepit Dominus Iosue fieri: Ita & ego
vt plenius innotescat, quales fuerunt &
elegit Dominus in hereditatem sibi, per
sequelam agni benedicti, quocunque iei-
git, siue in vitam, siue in mortem, ante-
quam

Martyrum Angliæ.

quam Iordanem nostrum transiero, unde educturus cophinum meum plenum morticinijs seruorum Dei, non inconuenientia interseram, sed durissimos lapides torrentis nostri tollens, non docendi animo, sed potius refocillandis spiritum gratia, ponendo siue erigendo secundum sanctæ pansionis lassis & attæditatis, ex longitudine itineris per hunc terribilem montem, locum horroris & vastæ solitudinis, ne etiam penitus inchoare viderer narrationem, ubi illi sum fœlicem consummauerunt cursum, & præsertim ex eo, quod sacra scriptura, eruditum filium doceat, gloriam esse patris, præsertim si filius nihil faciat, nisi quod viderit patrem prius facientem, quæque ipse ab eo omnia didicerit. Perter enim notam faciet filijs virtutem & veritatem suam, Idcirco tum de patre, tum de filijs, & modo viuendi in illo conuentu luculentius aliquid recensebo, ut in patre simul & filijs, laudetur & glorificetur Deus.

Et non existimet aliquis, ut laus auctor humanus ex affectu cordis mei, in caput meum redundaret, quia professus extabam

Historia

extabam in illo conuentu, aut ut videantur ab hominibus opera bona inibi gesta, me ista relaturum. Ego enim nullatus sum vlla laude aut gloria, quin potius omni vituperio ac ignominia dignus. Iudas traditor annumeratus erat inter duodecim Apostolos, audiebat, videbat ac faciebat quae & cæteri, verum reprobatus fuit. Non est aestimanda inchoatio boni, sed perficere bonum honorificum est, ut cum consummauerit homo, tunc incipiat accipere coronam salutiferæ virtutis, quam repromisit Deus perseverantibus in bono usque in finem. Sathan inter filios Dei affuit, ne utriquam laudans: Ego vero prodij ex ipsis, res in aperto est, sed non eram ex illis. Nam si fuimus ex illis, permanisssem usque cum ipsis biberimus calicem, quem & illi biberunt. Ego Saul inter Prophetas, ego filius Effrem, intendens & mittens arcum conuersus in die belli, ab his retrorsum in non custodiendo quae apud me reposita erant. Tanta sanctitas vigebat inter eos, quod ego non sum dignus vocari auctoriteri, & multo minus laudari, quasi unus ex ipsis. Si mihi est consortio sanctorum eis.

Martyrum Angliae.

cto, noua aliqua de eisdem filijs quidem
hominum iam referenti, prouenire debe-
ret laus, multò p̄æclarior illi Cherub-
tam pulchrè condito, propter pollutio-
nem suæ sanctificationis in multitudine
iniquitatum suarum ejecto de medio la-
pidum ignitorum, mira tamen postea de
ipso filio Dei enarranti, quando dixit
Domino Iesu: Scimus quis sis, Tu es Fili-
us Dei: laus tribuenda foret. Quod nepha-
rium est opinari, inanis ac frivola est exul-
tatio (si fidem adhibeam Diuo Chryso-
stomo, vel tantillæ experientiæ meæ) cui
remurmurat testimonium conscientiæ.
Absit ergo, ut vocet me quis Noëmi, sed
potius amarum, quia afflixit & amaritu-
dine repleuit me omnipotens. Egressus
sum plenus, & vacuum reduxit me Do-
minus. Sufficiet mihi modò, si ex hoc qd
egero, gloria in excelsis ab angelis altis-
simo resonet, & in terra istis sanctis ve-
neratio ab hominibus bonæ voluntatis
impendatur, ac per misericordiam Dei
reexurgat demolita vinea nostræ sanctæ
religionis, & expandat palmites suos à
mari usque ad mare, & à flumine usq; ad
terminos orbis terrarum, & ut hæc fiant
forsitan

Historia

forsan deposco. Illa tamen non dico,
quali hanc inanis gloriæ mortificatione
acepisse, & iam perfectus essem, sed
ut linguis alienæ laudis subtractis, ab
igne malæ concupiscentiæ, qui clausus
est in ossibus meis, facilius expediar, si quod
modo prouocem carnem meam ad emu-
landum virtutes illorum, de quibus lo-
qui prosumo, ac tandem per gratiam Dei
eorumque merita, meæ oliuæ re inseram.
Quod mihi largiri digneris & cito perfici-
cias, Iesu dulcissime te deprecor, Amen.

*De vita sancta Prioris Londo-
nensis in conuersatione sua priuata.*

Caput primum.



T autem in hac
narratione conuenientius progredi valcam,
ab ipso venerabili Pa-
tre præfatæ domus no-
stræ Priore, descriptio-
nis exordium sumam. Iste Reuerendus
Pater, nomine Ioannes Houlton, de quo
primo nobis sermo, ab honestis parenti-
bus in comitatu Essexiæ, in predicta An-
glie

Martyrum Angliæ.

gliae patria ortus erat. Qui à parentibus literarū studio traditus, in eisdem adeo profecit, ut gradum Baccalaureatus in utroque iure dignè adeptus sit in Academia Cantabrigensi, quo adepto, eum parentes iam pubertatis annos ingressum, coniubio iungere disposuerunt: Quod perspiciens latenter parentes declinavit, quia dispositus ab eis status coniugalis minus sibi placuit. Diuinis enim se se dedere statuerat obsequijs. Clam igitur fugiens, latitabat cum quodam duci Presbytero, quoadusque sacros ordinis gradus sacerdotalis ascendere potuisse, quibus assumptis, ad parentes rediit, & tandem de omnibus quæ cegerat vel inuite pacatos reddidit. Sicque in hoc statu sacerdotali per quatuor annos laudabiliter degens, postea ad superiora volare aspirabat, quasi ceruus matutin⁹.

Et anno ætatis suæ vicesimo octavo, aridum hunc mundum floridus iuuenis calcare coepit: Quod ut citius cum maxima securitate, & accumulatissima velitate perficere posset, quadam sancta auiditate inflammatus, religiolissimum & suauissimum iugum, ac lenissimæ sarcinæ

Carthu-

Historia

Carthusianæ obseruantiam, toto cordis affectu humeris suis mansuetis subire sagitabat, flagitans in dicta domo salutationis beatissimæ Mariæ, per humiles instantesq; preces, hoc sancto habitu nostri ordinis se indui. Quo cum post diutinam dilationem indutus fuisse, veterem hominem totaliter exuens, verè induit novum hominem, qui secundū Deum creatus est, etiā Dominum Iesum Christum. Degebat enim vitam ibi per viginti annos propensè eminentem, in multa austritate, humilitate & patientia, ac perfetta sujpsius mortificatione, cellæ & silentij diligētissimus obseruator, semper occultans, & quasi in arctura stringens gratiam sibi concessam, ne notaretur, cupiens semper nesciri, & nulla aestimatione dignus haberi.

*Vt in Sacristarium domus Longi
domensis fuerit electus,
Caput secundum.*

Verum

Martyrum Angliæ.



Erum non potest
fieri, vt ciuitas in monte
posita abscondatur, vel
alicuius domus fenestræ
adeo strictè claudantur,
quin lux inclusa prospic-
tientibus alicubi patescat. Iuxta versum:
Quoq; magis tegitur, tectus magis astuat ignis.

Sicut & caminus injectis exilit aquis,
& flamma in sublime extollit comas.
Quibus omnibus haud impar est innata
proprietas & conditio gratiae & virtu-
tis. Quanto enim magis celatur & depri-
mitur ne propaletur, tanto magis ac ci-
tius euolat, ebullit ac crescit: quantoque
libentius dilatatur & expanditur, vt vi-
deatur, tanto celerius obcineratur, euau-
nescit ac deficit. Gloria sequitur fugien-
tem se. Quod quidem permaxime veria-
ficatur in hoc sancto patre. Elegit esse
abiectus in domo gloriose virginis Ma-
tris Dei, & ab hominibus virtuosus ac
sanctus habebatur: appetebat sperni, &
honor eum persequebatur & apprehen-
dit, si honor dici possit: Sed huic, quem
admodum & omnibus sanctis, talia se-

E cum

Historia

cum plus ferunt oneris quam honoris,
quamvis pullus indomabilis, asinalis sen-
sualitatis, in huiuscemodi lætetur ac hi-
larescat, quasi in honoribus veris: Verū
iste deuotus pater in abdita sanctitate
diu se gerens, primo Sacristarij domus
per obedientiam assumpsit officiū. Quod
omnium onerum siue obedientiarum su-
bi quam maxime placuit, quia deliciae
ius in Ecclesia semper esse, & circa Eccle-
siastica ministeria die nocturnis versari,
seruum fratrum suorum fieri. Quæ omni-
cum ingenti alacritate, industria & reu-
rentia perficiebat, in omnibus occasio-
nes proficiendi ac merendi per suam hu-
miliationem, delectationem & labore ex-
ptans. Sub cuius tempore in hoc officio
istud omni memoria dignum contigit.
Quidam deuotus frater pestilentiali mor-
bo attractus, ad extrema deductus est: qui
cum corpus Dominicum sumpsisset, præ-
nimia valetudine illud retinere nequa-
uit, sed mox euomuit. Quod pater Vice-
rius (eo quod pater Prior aberat) simul
cum omni eiuscta immundicia collegit &
assumpsit, atque ad cellam huius sancti Pa-
tris Ioannis Houhton, tunc Sacristæ, de-
tulit

Martyrum Angliæ.

tulit comburendum. Accēsa igitur pyra ~~deū suū quā~~ contendebant hīj duo patres, quis eorū ~~vōniōnō sp̄~~ illud in ignem mittere deberet. Neutro ~~nōt̄. h̄āq̄m~~ hot̄ aūt facere pr̄sumente, referuatum ~~h̄āq̄m sp̄~~ est per duos dies. Die verō tertia deuotus ~~uāc vōl̄at~~ Sacrista illud reuerendissimum corporis Christi Sacramentū ab immundicia, cui commixtū erat (vt quiuit) reuerenter, ac in calice reposuit, intendens in proxima celebratione sua illud sumere. Sed prius accersito qđam deuoto fratre conuerso, cui Deus crebrō multa certitudinaliter reuelauerat (Quaecunq; enim poposcerat a Deo, statim dedit illi benignissimus Deus responsum, adeō Deo familiaris, gratus & charus erat. Notū hoc erat in multis argumentis per totā domū) Huic igitur intimauit pater Sacrista, ppositū suū p̄tens ab eo, vt in tam ardua re exoraret Deum, pro agnitione sui beneplaciti, formidabat enim cōburere illud, & sumere qđāmodo abhorrebat. Iussa cōpleturus ille frater conuersus, diuinam enīxius deprecatus est dementiam, quatenus eidem super hac re aliqd indicium demonstrare dignaretur. Et ecce tempore matutinarū in spiritu positus vidit turbam magnam,

Historia

quam dinumerare nemo poterat, in albâ
vestitam, quorum singuli cereum arden-
tem manu gestabant, composito gradu
sacrarium introire, & ad illum locum, v.
bi repositum fuerat corpus Iesu, proce-
dere, ibique summa cum reverentia ado-
rantes cistam, qua reclusum erat, aperi-
re, factaque ibidem aliquantula mora du-
sparuerunt. Sed quid interim ibidem o-
gerint, ipsi fratri, qui hæc vidit, manu
incognitum. Ad se autem reuersus fra-
ter, in aurora requisiuit Sacristam, an ne
in tali loco prædictas sacratissimi corpo-
ris Christi reposuisset reliquias. Illo ita
respondente, mox visum eidem aperuit.
Quo auditio, deuotissimus pater Sacri-
sta, postposito timore, & mortis, & nau-
se, mox se cum omni alacritate ad cele-
brandam Missam præparauit. Sub qua
& illud repositum reuerenter & affectu-
sè recepit. Sed quam præclarus iste sibi
calix esset, nemo scit, nisi qui accepit.
Verè inebrians erat, in tantum, ut astan-
tes hoc euidenter percipere potuerunt.
Ille non timuit mortem, quia authorem
vitæ susciperet: nec infirmitatem, quia
sanantem omnes languores deglutiret:
nec

Martyrum Angliae.

nec nauseam habuit ex vomitu, quia ga-
stauit quam suavis est dominus in spiritu.

*Vt idem in Procuratorem &
postmodum in Priorem & Visitato-
rem electus fuerit.*

Cap. III.



Xpleto igitur lau-
dabiliter cum omnium
fratrum gratia, in hoc
officio Sacristarij quin-
quennio, idem ipse ve-
nerabilis pater Sacrista,
ad officium Procuratoris assumitur. O
quantus eum tunc mœror inuasit: Quan-
tæ lachrymæ profusæ, quot gemitus pe-
ctoris emisit, qualesq; corporis defectus
eum prostrauerunt, qui sic omnino inui-
tus, gratissimæ atque sibi dilectissimæ so-
litudinis desideratissimique silentij dul-
cedinem deserere cogebatur: Lya cum
lippis suis oculis, & lurida facie ei non
placebat. Prætulit amori subsequentis
priorem, quia melius sibi videbatur tunc
quam nunc. Solitudo arridebat, ubi dule-

E 3 ces

Historia

ces susurrations dilecti in occulto trahere & audire poterat, amplexusque Rachelis illi etant concupiti, a quibus per sollicitudinem circa plurima se auelli trepidabat: Nihilominus Deo iuante dextra illius semper amplexata est eum, ac inter eius brachia mirum in modum vigilanter dormiuit ac quieuit. Quocunque enim se vertebat, ubique fuit, tumultu siue in solitudine, in plateis siue in cella, conuertebat se ad cor, hauriens pacem: pacem, quia in pace sperauit, ab ea nullis negotijs alienatus, sed totu in Deum intentus siue raptus fuit in omnibus loco. Certeissimum est enim, quod relinquentis seipsum propter Deum, centuplum accipiet etiam in praesenti. Itaque sego-
rens per triennium in hoc officio matutinam, strenue ac pie amabilemque Deo et hominibus, vacante Prioratu domus bellorum vallis, illud onus subire coactus est & portare. Quod eo migrante, & vix per diuidum annum ibi ministrante, ab ea ad ubera matris, quae eum educauerat, & ad suę professionis domum reuocatus est. Emigrauerat enim ex hac vita, venerabilis pater Prior eiusdem domus Ldonias.

Martyrum Angliae.

doniarum, nomine Ioannes Bartmanus. Ad cuius supplendas vices, iste Reuerendus pater vno omnium consensu, (quod perraro antea ibidem visum fuerat) assumptus est, ac demum anno secundo Prioratus sui, à Reuerendo patre Carthusiae electus est & assignatus in principalem prouinciam Angliae Visitatorem. Sic qui latere & nesciri cupiebat, per diuinam prouidentiam, ad multorum profectum, notitiam ac lucem est aeditus. In quarum omnibus oneribus administracione, ipsius gesta non facili possunt explicari sermone, multo vero difficilior ea quae intrinsecus latent, cum nemo sciat quid agatur in homine, nisi spiritus hominis: Inexhauribilis itaque est hic fons & torrens, inundans gloriæ huius nostri Patris. Sed more annorum meorum, qui puer sum ætate, gratia & moribus nesciens loqui, in ameno iam prato constitutus, hinc inde per diuersa discurrens loca, flores pulchriores colligam, ex quibus sertum mihi componam, & utinam ad internum animæ meæ ornatum, per redolentem imitationem sanctorum patrum meorum id fecerim.

Historia

De sancto & discreto regimine

Prioris in officijs & virtutibus
eiusdem.

Caput IIII.



Ste venerabilis pa-
ter profundæ suit humi-
litatis (quæ omnis prin-
cipij debet esse finis) so-
cialem diligens vitam
cum fratribus. Nam in
sua prælatione, honores illi non muta-
bant mores, quia vñus atque idem sem-
per mansit: Cornua nunquam sibi ere-
xit. Si quis fortuitō dominum eum vo-
casset, aut aliquam nominis magnificen-
tiam ei imposuisset, ægrē tulit, ita, vt id
statim reprimeret, dicens: Non licet pau-
peri monacho Carthusiano dilatare sim-
brias, aut vocari ab hominibus Rabbi.
Quotiescunque autem fratres se eidem
inclinabant, in magnam sujpsius hoc ac-
cepit humiliationem: attamen iubebat
eis, vt tales inclinationes nullatenus os-
mitterent. Propter vos (inquit) ita fiat &
filios vestros, ne inculta sit terra nostra:

Statuta

Martyrum Angliae.

Statuta nostra ita hortantur, & sacrum eloquium non solum permittit, verum etiam fieri iubet. Rogabat eos, ut in huiuscmodi cæremonijs sibi inuicem aut alteri exhibitis, non essent ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis Deum quærent, præ oculis Deum semper habentes, omnia in eius nomine facientes. Dicebatq; se in quotidianis suis orationibus Deum postulare, quatenus ipsas prærogatiwas & reuerentias ratione sui officij sibi exhibitas, in laudem & gloriam sui sanctissimi nominis assumere & ascribe, re dignaretur, suppleretq; per exhibitionem aliorum defectum amoris & cultus, quos ipsem ei debebat. Sicque semper seruare humilitatem contendebat. Cum solus esset in aliena cella cum aliquo fratum, non vt Prior, sed vt humiliis frater se habebat, dicebatq; se reliquisse Prioratum in cella sua: Cum vero in officijs sui cella aut alicubi in conuentu esset, se gerebat vt eius congruebat officio, cum maxima tamen modestia & humilitate. Totus quoque conuentus in tanta reuertentia eum habuit, quod in exhibendo

D 5 ei ho-

Historia

ei honorem aut præminentiam, se non posse excedere putabant.

De patientia eius quid referam? Ipsa verba iniuriosa, exprobratoria & oblocutoria, quæ pertulit ab Apostatis, sufficeret pro testimonio si recitarentur: Sed transiant, tam patiens fuit, quod vni eorum quodam tempore in eum insurgen-
ti non resisteret, sed prouolutus ad pedes eius, dedit maxillam verus solitarius percutienti, saturabatur opprobrijs, colaphis & alapis, quoadusque alij eruerunt eum de manu tribulantis. Nec, illo in-
stante, vñquam reddidit verba commina-
toria aut iurgatiua, nec vñquam vidit eu-
um homo aliqua passione iracundiae com-
motum. Et quando fratres reclusissent in
carcere illum, qui talia patri suo irroga-
re præsumpsit, ipse verus imitator Iesu
Christi respondit: Parcite quæso fratres,
parcite: Cur æmulamini pro me? Quid
simile vñquam fecit mihi? Quid mali ma-
lo fecit mihi non nocuit. Quare irasci-
mini? Iste bonus frater non fuit in culpa,
sed inimicus animarum nostrarum, qui
pacem nostram turbare molitur. Et si
ego motus fuero, exultabit ille, qui com-
pulit

Martyrum Angliæ.

pullit hunc tribulare me. Verum, non
gaudebit inimicus meus super me : Di-
mittite ergo hunc fratrem nostrum. Sed
propter exemplum aliorum, recludatur
in cella sua per aliquot dies, malens leni-
tate vincere, quam rigore iustitiae corri-
gere. Causa propria erat, in qua patienti-
am seruare & exhibere, magnæ virtutis
indictum est. Idcirco ipse hanc ostende-
bat : In causa verò Dei & religionis, si
post vnam & secundam correptionem de-
linquentes noluisserent se emendare, Moy-
sen & Phinees imitatus, zelo ipse & spi-
ritu Domini Iesu agitatus, faciens eis fla-
gellum de funiculis, seuerus erat.

Miro insuper agone luctabatur cum
seipso, in omnibus ut seipsum vinceret,
abnegaret, & mortificaret, circa quod
sumnum eius studium fuit, siue in claustrō,
siue extra existeret, & vt alijs ad hoc insta-
rēt, cōsummata admonitio eius fuit. Quę
aut̄ bella & quas molestias ipse in se per-
tulit, vt ad illud attingeret, Deus scit. Et
quamvis cuncta quę circa se gerebantur,
occultare summope satagebat, tamen a
deo intestina & clādestina nō est talis bel-
ligeratio & palestra, quin & hominibus
secum

Historia

secum cōmorātibus aliquatenus innotuit
rit. Quicūq; enim vidissent eum, verē in-
telligebant magnam internam collucta-
tionem, non solum aduersus carnem &
sanguinem, sed & aduersus ipsum Princi-
pem tenebrarum infernalium se habui-
se. In quibus tamen ne nationem filiorum
reprobaret in narrādo, salutare Dei sem-
per cum silentio præstolabatur. Nec vne
quam vlli conquerebatur de pondere &
æstu tentationum, tantummodo fratri,
illam cellam inhabitanti, cuius ipse pris-
mō incola fuit, aliquando dicebat: O fra-
ter, si talis & talis locus loqui possent, ali-
qua tibi indicarent. Quid plura? Ad tan-
tam demum, per cooperantem in se diuis-
nam gratiam, deuenit perfectionem, ut
omnium virtutum apices & ornamenta
conquireret, atque in eo, velut in lucidissi-
mo speculo & libro scripto intus & fo-
ris resplenderent. Quantæ fuerit deuo-
tionis, quotidianæ eius attestabantur la-
chrymæ. Singularem nanque gratiam
habuit lachrymarum, vix vlla dies præ-
terire, quō maxillæ eius lachrymis non ef-
fent irrigatæ, præcipue sub sacrificio san-
ctissimæ Missæ. Quandoque etiam in re-
sectorio,

Martyrum Angliæ.

sectorio, tanta amoris diuini ac deuotio-
nis inebriabatur dulcissima pinguedine,
quod ultra se cohibere a fletu non pote-
rat toto coram conuentu, sed erumpen-
tibus lachrymis surrexit a mensa, festina-
uitque in cellulā suam, suæ compunctionis
& deuotionis consiam. Et introiens
cubiculū ubertim fleuit, eō liberius, quod
secretius per totum prandij tempus.

Charitas in eo supereminebat, quod
ad Deum & proximum. Si quando aliqd
germen amaritudinis in claustro pullula-
re timuisset, citò euellere conabatur, an-
tequam nimium inualeceret. Non dice-
bat, videant illi, compescant seipso, sed
confestim accedebat ad eos, & causa di-
ligenter requisita suis monitis, modò vi-
no, modò oleo mixtis, fremitum inferna-
lis bestiæ, & insurgentes motus sedabat.
Et si quis contra eum concitatus extitif-
set, ob pacem habendam per humilem
suηpsidē deiectionem, prior veniam pe-
tere non erubuit. Et quolibet fermē men-
se palam in capitulo prouolutus genio-
bus, stillantibus lachrymis, conuentū ro-
gabat, ut omnes suos defectus, negligen-
tias, mala exempla, & si qua huiusmodi,
libi

Historia

Prov. 13 sibi ignoscerent, accusans quidem seipsum in multis, cum certe ne in uno quidem ullum offendebat: Sed quia iustus in primis accusator est sui, veretur quod omnia opera sua, sciens, quod Deus non parcet delinquenti. Multoties etiam dicebat: Sustineatis obsecro proximi fratres modicum quid insipientiae meae, & supportate me: Confido in domino, me non facere peccatum, humilians me ipsum, vi vos exaltemini. Insipiens factus sum propter vos, vos me cogistis, ut prudentes vos sitis, ego facio: Capite me, vel ut insipientem accipite me. O summa humilitas & perfecta charitas, nesciens inflari, nec quae sua sunt querere, ut alios lucifaciat. Quid perfectius hac charitate, & **Eccles. 3.** quid sublimius hac humiliatione? **Ver. 1. Cor 3.** didicit illud diuinum: Quantum maior es, humiliare te in omnibus. Et adimpleuit illud Apostoli: Si quis videretur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Quid stultius hominibus, quam deici & humiliari? Et quid apud homines sapientius & altius, quam superbire & eleuari? Sed sapientia huius mundi, **Prov. 16** stultitia est apud Deum, & quod altum est homini

Martyrum Angliae.

hominibus, abominationis est ante Deum.
Idcirco in insipientia humiliationis glo-
riari didicit & iste sanctus pater, factus in
omnibus exemplar bonorum operum.
Habere & seruare pacem & charitatem
in claustro summi studuit, & quia intel-
lexit, non ex bono esse austerioritatem, no-
luit cum austerioritate imperare suis, & cum
potentia, sed in maxima modestia. Cum
iuuenibus, sub quatuor aut quinq*ue* anno-
rum discursu professis, agebat ipse quasi
Ioseph cum fratribus suis, alienum se eis
demonstrando, duriusq*e* loquendo & in-
crepando, ne lenitate abutendo insolefces-
cent. Nouitorq*e* quoq*e* instructiones mo-
nebat, ut vigilarent ubique, ne nouellae
plantationes in iuuentute sua in nimiam
audaciam excrescerent: Multa enim ma-
la experientia docet inde prouenisse. Se-
nes vero, ut rigor ille lentesceret, quem
dedit, non nativitas, sed mala consuetu-
do, propria voluntas, & su*p*sorum im-
mortificatio super delictum vanae aesti-
mationis ex diuturnitate in religione,
enix*e*, bland*e* & leniter tractabat, ut abs-
que fractione inclinarer*t* ceruicem suam,
& paratos se ad omnia facerent. Si quan-
do qui-

Historia

do quiuis fratrū, siue senex, siue iuuenit
aliquid superfluum aut curiosum expo-
stulasset, cūmo deramine & mititate eum
frenabat, retiocans ad mentem vocatio-
nem suam, dicendo: Si in sēculo esse bono
ne frater, sensualitatis tuæ appetitum in
omnibus sequi non deberes: Quantō mi-
nus & hic in claustro: Facias tibi aliquan-
tim aduersus tales suggestiones noc-
uas, vt cum violentis regnum cœlorum
acquiras. Nulli vero cum animositate ab-
quid negabat, nec etiam faciliter conce-
debat eis, quæ requirebant, sed cum cali-
lenitate spiritus & molli responsione se-
habebat, vt aliorū duricies emolliretur,
& multō hilariores discederent pro re-
pulsione & abnegatione propriæ volun-
tatis, quam fuissent, si eis petitionem co-
rum concessisset. Spiritus vitæ erat in ro-
tis sermonum eius, si quemlibet fratrum
in pronunciatione & prolatione verbo-
rum, secundum modernorum vanam su-
mōritatem & adinventionem, curiosum
lectorem, vel singularem pronunciatione-
rem audisset, serio eum ac durius incre-
pabat, dicēs talē curiositatem Carthu-
sianæ simplicitati non conuenire. Prodit
enim

Martyrum Angliæ.

enim ex superbia ut docti videamur, si-
cet & hinc maiorem eruditionem non
acquiramus, neque pietatem. Idcirco sim-
plicitas (inquit) columbina cum charita-
te sit (quæsto te frater) nostra summa sci-
entia & doctrina, vestigiaque patrū no-
strorum in synceritate coram Deo &
Christo eius insequamur.

Circa diuina officia & seruitia val-
de vigilans erat, & ut vñiformitas in cœ-
remonijs & omnibus seruaretur, semper
monuit, & vt protraherent cantum sue
um in Ecclesia, fratribus creberrimè ac-
clamauit, dicens: Huc venimus Deo ser-
uire, operi igitur & seruitio eius insista-
mus. Super muros enim Hierusalem con-
stitutis sumus à Deo iudice viuorū & mor-
tuorum custodes, à laude laudabilis no-
minis sui tota die & nocte in perpetuum
non tacituri: Idem est nobis officiū cum
sanctis Angelis, qui præueniunt nos, ac
omnibus psallentibus coniunguntur, &
desistentibus nobis continuant illi lau-
des suas. Faciamus ergo & nos, cum tales
socios habeamus, quantum fragilitas no-
stra permittit, quod & quantum illi, me-
lius non possemus occupari, quam cum

Esa. 62.

F Deo,

Historia

Deo, nullum exercitium illi gratius, &
nobis utilius. Quid agere possumus exis-
tentibus nobis in cellis nostris : fortal-
se omne tempus ab omnibus deuotè non
expenditur. Quapropter non pigeat nos
hic commorari. Si nos, qui viuimus de
patrimonio Christi & eleemosynis, ac
valdè strictè pro omnibus orare sumus
obligati, festinaremus in Dei seruitio, aut
occasions discedendi ab Ecclesia simu-
laremus, existimantes modicum & bre-
ue tempus, quo hic sumus, nimis longum
certè nescio quomodo excusaremus nos
ab iniusta receptione, retentione, & ma-
la expensione eleemosynarum, beneficiorum
& fundatorum nostrorum. Quot
vestrum aggrauat fabulatio cum sacerdotiis
etiam si totum diem in his expenderemus?
Vel, quamdiu in talibus perseverare
tis absque aliquo tædio, lassitudine seu
grauamine? Num de cibo, & potu & so-
mno reticebo? Quando in his dicetis, sub-
sistit, aut tempus nimis longum est, festis
nemus siue perficiamus? Diuus Bernhar-
dus omne tempus existimauit perditum,
vel saltem nimis longum, quantumcumq[ue]
breue.

Martyrum Angliae.

breue, quo caro sua talibus refocillare-
tur necessarijs. Alius quoque spiritu Dei
plenus orauit, vt de necessitatibus & in-
digenijs istis corporalibus erueret eum
Dominus, ne adeo frequenter impedi-
tur per ea a contemplatione diuina. At
modernis temporibus Iordanis reuersus
est retrorsum, cum multi religiosi magno
afficiantur tædio, quando circa vana &
externa solatia non versant, & opus Dei
non respiciunt, nec opera manuum eius
considerant. Hæc non est monastica vita
fratres, nec adminiculum spiritualis pro-
fectus & ædificationis, vt adipe & pin-
guedine diuina repleatur anima nostra,
quinimmo crassitudinis ventris, quæ De-
us destruet, & extremæ desolationis si-
gnum est, testante Propheta, qui dicit:
Quoniam non intellexerunt opera domi-
ni, nec opera manūt eius considerant: de-
strues illos, & nō edificabis. Populus enim
qui ignorat Deū, sedit comedere, bibere
& dormire, nō sicut populus. Sic & Sacer-
dos, præcipue Carthusianus, cuius est, ex-
cellentissime & pfectissime vitæ iter ag-
redi, ne adēquet ei in poena, cui assimili-
lat in culpa. Per hæc & multa alia similia

Psal. 27.

Historia

incitabat eos prolixè trahere cantum in Ecclesia. Etiam aliquando tempore diuinī officij, veniebat à sede sua ad cantes, monens eos, vt lentius cantarent: Si audisset eos tepida vel ima voce psallere dicebat se timere, ne amor Dei in cordibus eorum tēpesceret: Et sicut tepidē cantarent, ita & tepidē Deum diligenter, mox de ore Dei (propter tepiditatē suam) euomendi. Rogabatque eos, vī non distinguerent dies & tempora, modo bassē siue submissē, mode altē cantarū. Sicut (inquit) non est tempus præfinitum à patre nostro cœlesti, quo ab eius amore desistamus, quin omni tempore & momēto indiuīduo, ac omnibus viribus eum amare iubemur: sic non velimus per nos à laude eius cessare vñq; sed omnis spiritus noster semper laudet Deum: Absistat & recordia, petamus & cōmamus à Deo aurum ignitum, vt sicut Angeli in cœlis nunquam à laude dei stunt, ita nobis nunquam tedium subrepat in suo sancto seruitio. Semel etiam ab Ecclesia exiuit in confusione eoruū (sicut in proximo retulit capitulo) quando audiuit eos ima voce cantare. Sí quando eue-

Martyrum Angliae.

do euenisset eos discordare siue errare in
cantu, hoc ægrê semper tulit.

Quodam verò tempore vna pars
chori errauit in cātu illius versiculi: Dex. Psal. 117
terea Domini fecit virtutem. Vnde in au-
rora conuenientibus nobis ad capitū
lum, dixit: O fratres charissimi, quid feci
mus hac nocte? Errauimus in Psalmodia
Dei nostri: clamemus culpas nostras, val-
dè malum est, quòd nos, qui officium An-
gelorum exequimur, talia errata in con-
spectu Dei & Angelorū committimus.
Illi nunquam errant, & nos per nostras
negligētias & incurias errauimus: Quòd
optimè facere debemus, negligenter fe-
cimus. Si serui inutiles sumus, cum omnia Luc. 17.
fecerimus, quales sumus ex hoc defectu
nostro: Non fiat hoc amplius inter nos.
Si offerat quis regi terreno claudū, lan-
guidum, siue maculosum, nonne respu-
et: nonne displicebit illi talis oblatio: Re-
probatus erat Cayn, non quia non obtu-
lit hostiam Deo, in odorem suavitatis:
sed quia obtulit de peioribus. Electus
erat autem frater eius, de optimis offe-
rens. Quid dicerent carnales domini ser-
uis suis, incautē se habentibus circa mi-
steria

Historia

nisterium suum? Illi cum maxima diligētia, & peruigili aduertentia omnia fieri circa se volunt: nos autem negligē-

1. Tim. 6 tes fuimus in seruitio Dei nostri, regis regum, & domini dominantium. Timeo, quod tales exurgent in iudicio contra nos, & illa eorum exquisita opera nos pro nostris incurijs & negligentijs condemnabunt, astipulante eis illa communitaria voce, & terrifica diuina senten-

Hier. 48 tia: Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Quod auertat à nobis misericors Deus. Et continuò præcepit eis sub obedientia, ut quemadmodum semper habuerunt lumen per totum cantum Psalmorum, in omnibus nocturnis & Ferialibus laudibus, ex consuetudine: ita & in Dominicalibus, ac etiam quando aliquid quis solus cantaret, quicquid id esset lumen haberet.

Et quia specialis ei cura erat de omnibus, & ratio ab eo exigenda pro linguis lorum animabus (Iustus quippe admōnendus est, ut in bonitate & iustitia sua permaneat: impius verō, ut à via sua praua reuertatur, & tepidus adjicere vt resurgat) ideo semel ad minus qlibet memse ipso

Martyrum Angliae.

se ipsem̄ conuentui suo volebat con-
cionari , tantaque dulcedine verbi re-
ferti erant eius sermones, quod ubi erat
ignis absconditus , inueniebatur crassa
aqua, quae discurrebat cum impetu per
oculos multorum. Qua cum sacrificia eo-
rum essent aspersa, iterum accensus est
ignis magnus, maior scilicet deuotio, &
nouus feroꝝ. Non frustra loquebatur,
nam vniſquisque vites suas applicuit, ad
implendum ea, quae docuit. Ipſe quoque
quos feruētiores & velociores ad curren-
dam viam mandatorum cernebat, hos ali
quando pro eorum defectibus durius in
conuētu palam arguebat, ob humilitatis
preseruationem, suam vigilantiorem cu-
stodiā & cautelam, ne talia reiterarēt,
atq; ut pigrorum & infirmorum repelle-
ret tarditatem, incalescente feroꝝ iuue-
num, qui ibi scatebat. Circiter enim vi-
ginti erāt in illo conuentu, qui annos tri-
ginta octo non attigerant, verum in bre-
ui compleuerunt tempora multa. Hos
non solum verbis & exemplis ad præli-
um mortificationis incitabat, verū etiam
multifariē multisq; modis exercebat ad
illud, modō auferēdo ab eis, quę maxime

Historia

diligebant, modo negando eis, quæ affectuolissimè petebant, inclinans ex hoc in illud, ut cum hostibus pugnare, & tempestiué abnegare seipso dilicerent. Atquam summa cum prudentia vniuscuiusque cōplexionem & dispositionē pensabat. Quando verò aliquem taliter probasset, iterū diluculo visitabat illum, ne nimia absorberetur tristitia, idque interdum per se ipsum, sed saepius per alios, ne nimia familiaritas pareret contemptum. Et tunc mittebat eis aliqua xeniola, considerans quod per talia faciliter dormitionem ac conpreterent iuueniles musitationes, ac etiā ut animaret eos ad proficiendum in contpto itinere: Illi verò malitia paruuli erat, & citò placabantur, pensantes, quod propter eorum propriam salutem & profectum, omnia siebant. Non erat ibi muratio, nec querimonia, quare hoc aut illud fecerit, aut ita me tractauerit pater Prior, sed seipslis abnegatis, de necessitate faciebant virtutem, seque habere causam & occasionem merendi & proficiendi gaudebant, etiam ipsimet rogabat eum aliquando, ut per talium ablutionem, siue aliunde, probaret illos.

Prætes

Martyrum Angliæ.

Præterea, ut vultum sui pecoris agnosceret, diligenter inquirebat à singulis (& hoc creberrime) de expellione temporis, quibus scilicet exercitij spiritualibus dediti, & quomodo interne dispositi essent, utrum concupiscerent concupiscentias in deserto, an quasi sponsæ anhælarent ad diuini amoris amplexus, aut tanquam serui priores annos recogitarent in amaritudine anime suę, & de profectu ipsorum in istis. Si quando rubigo ascendisset super aurum optimum, & de coris color mutatus fuisset, si forte dormissent inter medios Cleros pennæ columbae deargentatae, & posteriora eius fuissent in pallore auri, si charitatem primam reliquisset aliquis, per tempus modicum claudebat super se os suum, sciens, quod propter probationem aliquando paululum declinaret atq; transiret dilectus, abscondens faciem suam, ut audius quereretur. Sed si tardasset venire, & ipse frater malo exemplo, nimia euagatione vel aliqua dissolutione percutere conseruos suos cœpisset, per quae plagam lepræ creuisse perspicueret, discurrere festinabat: non dabat so-

Historia

mnum oculis suis, nec palpebris suis dormitionem, non desistebat a monitionibus sanctis, increpationibus duris, & obscrationibus pijs, donec ille frater amicum suum suscitasset, ac iterum super niuem dealbatus fuisset, per discretionem cœlestis regis, & reintegrasset tabernaculum, quod ceciderat, ac inuenisset locum Deo Iacob. Ipse deuotissimus pater erat quasi flamma vrens, aut ferrum candens in Dei amore, & eodem modo volebat omnes iuxta se positos vehementer esse accensos.

Fuit denique magnæ prudentiæ, ut eius gesta in domo propria ac etiam in aliis rum visitationibus palam annunciaruntur. Tam discretus fuit in verbis, tamque sanctus in operibus, quod in omni loco acceptus erat, ac si fuisset angelus Dei, missereturque omnes de prudentia & responsis eius. Ipso quoque loquente, omnes ori suo digitum apponebant, ac dicebant: Verè seruus Dei omnipotentis est iste. Inimici quoque nostri sunt iudices. Ipse enim Vicarius regis, quem constituit rex super familiam & totum regnum suum, ut esset secundus a rege, dominus Thomas

Martyrum Angliæ.

mas Cromwel, alter Amantiorū omnium
um malorum signifer, publicè in capitu-
lo nostro multis coram astantibus, post
necem ipsius patris nostri, dixit, eum vi-
rum fuisse iustum & sanctum. Si ille reti-
cuisset, lapides clamassent, ac eius sancti-
tatem denunciassent.

Omnibus pius erat, sibi ipsi verò valde
rigidus & durus. Dies abstinentiarum, an-
tequam assignatus esset in procuratore
domus, seruauit semper in pane & aqua.
Postea verò etiam in ipsis visitationum
suarum progressionibus, & quo cunque
perrexerat, propter quotidianos suos di-
scursus & fatigations, omnia ieunia or-
dinis seruabat, sicut & cæteri conuentus
cum uno pisce contentus. Diebus absti-
nentiarum communibus, sicuti moris erat
illius prouinciae, & in summis vigilijs: &
diebus abstinentiarum, in Quadragesi-
ma, cum pane solummodo & potu con-
tentabatur. Cumque aliqui ex fratribus
insisterent, ut sui misereretur per exqui-
sitionis sustentaculi sumptionem, pro-
pter frequentes suas infirmitates, ac gra-
uissimos labores & dolores, quos indis-
es sustinuit: dicebat constitutum se esse
in loco

Historia

In loco speculatoris, portentum & spe-
ctaculum factum omnibus. Cuius con-
uersatio si videretur delicata, siue nimis
laxa, pareret alijs scandalum, & audaci-
am malè se habendi.

Postremò tentatis, & his qui in tri-
bulationibus erant, summè consolatori-
us fuit. In eo enim, què passus est ipse, &
tentatus, potentior & aptior factus erat,
& alios qui tentabantur, consolari. Mu-
tas verò & grauissimas tentationes ipse
pertulit, sed in omnibus superauit, per &
propter eum, quem dilexit.

In orationibus fuit tam frequens,
deuotus, purus, & suspensus, amoreque
diuino impinguatus cum crassitudine
spirituali, quod ut pater Vicarius san-
ctus martyr, Vuilhelmus ex Meurwe
fessor eius, mihi crebrò referebat, raro
aut nunquam omnium negotiorum, qui
bus implicatus fuerat, vel aliquarum va-
nitatum post electionem suam in Priora-
tum, aliqui pulueres menti eius adhæse-
runt tempore suæ orationis. Ad lectum
post matutinas nīl grauiter infirmatus,
nunquam redibat, sed super quoddam
scamnum recumbebat, pro culcitrali ac-
cipiens

Martyrum Angliæ.

cipiens truncum, desuper posito paruo
puluinari: Verum alios non sinebat ita
facere, nisi fortis essent in corpore, & in
religionis obseruantia exercitati. Tali-
bus verò persuadebat corpora sua discre-
te castigare, iuuenes strictè prohibebat
per duos aut tres annos post ingressum
in ordinem, ita agere, propter multa no-
cumenta, quæ inde acciderunt.

Regebat omnes summa cum pru-
dentia, & omnibus modis quæsivit bona
& pacem plebi suæ. Statura pusillus erat,
aspectu elegans, visu verecundus, mori-
bus modestus, eloquio dulcis, corpore
castus, ac humilis corde: omnibus amabi-
lis & desiderabilis, suo conuentui gra-
tissimus ac charissimus: omnes reuere-
bantur eum, & non erat qui loqueretur
de illo ne vnum quidem malum ybum.
Et ipse ibat proficiens atque succrescens
de die in diem, magis ac magis, & seipso
semper robustior efficiebatur: ita, ut ve-
rè ab vniuersis magnus haberetur. Et di-
cebant eum ob eius sanctitatem & per-
fectionem, dignum existere in Cathalo-
go sanctorum annumerari, etiam si so-
lummodo communi genere mortis occu-
buisset.

Historia

buisset. Quid plura? O ingrata vox, quid
plura? Multa sanè. Si enim linguis homi-
num loquerer & Angelorum, In nihil di-
gnum huius sancti ac venerabilis patris
nostrí virtutibus dicerem. Et quod dixi,
minus esse eius meritis, testificor Deum,
& omnes sanctos Angelos eius. Sed ge-
mebundo pectore modò pertransiens &
dimittens, plura referre de eo, non quia
desunt, sed quia non possum serò nimis
sub eius obedientia curuatus, & nimis clé-
rō orbatus eius dulci & familiari amici-
tia, aliqua interseram de ipso conuentu
nostræ domus, ad implendum promis-
sum, quòd innotescat, quòd duo vnum es-
rant, non in carne vna, sed vno spiritu
faciente utrosque vnum, ut laus vna sit
vtrorumq; patris simul & filiorum, vna
& eadem morte vnierte, & finiente pa-
trem cum filijs.

*De perfectione disciplinæ regu-
gularis & sanctæ conuersationis à ma-
nachis in domo Lon-
doniensi obser-
vante.*

Quid

Martyrum Angliae.

Caput V.



Vid referam de o-
uibus, vbi talis ac tan-
tus p̄eminebat pastore
Num aliud expectan-
dum, quam qd vocem
pastoris audierint, &c.

um sequutæ sint? Non planè, non: me so-
lo excepto, qui quasi pecus macilentum
ac scabiosum de ouili abscisus sum. Si fin-
gulorum mores illius conuentus discute-
rem, deficeret me tempus enarrantem:
sed summarim loquens, dico qd in sum-
ma pace conseruatus erat locus ille. De
lapidibus enim dolatis atque perfectis ea
difficatus erat, & malleus atque securis, &
omne ferramentum non fuerunt auditæ
in domo illa Domini: tam polita erat, qd
ego nunq̄ audiuī, nec seniores, qui lon-
go tempore ante me ibidem fuerant, no-
uerantq̄ opera domini, & mirabilia eius
in profundo, vel vnum ybum exprobra-
tionis per totū conuentū. Apostatas non
número nec recenseo de conuentu, supe-
riora & inferiora iniucem adeò iunge-
bantur, clavis charitatis confixa, dū alter

alterius

Historia

alterius onera portaret, quod pax, pars
entia, longanimitas, pietas & charitas
exuberabant in omnibus: Seniores non
per ambitum discurrebant, nec in platea-
is, sed in cellis suis sedebant de bonis re-
ligionis tractantes, nouam reintegratio-
nem lapsorum, piam reformationem er-
rantium, ac uniformem obseruantiam per
omnes domos in prouincia conantes in-
ferre. Et iuuenes inducebant se gloriari
stolas belli, ad mortificandum membra
sua super terram. En lectulum Salomo-
nis quadraginta & octo fortis ambiunt
ex fortissimis Israël. omnes tenentes gla-
dios & ad bella peritissimi, vniuersi
ensis super femur suum propter timores
nocturnos, triginta monachi & octode-
cim conuersi, qui fortiter stabant super
custodiam suam die ac nocte, in exerci-
tatione victoriae quilibet suūplius. Inco-
pletus numerus restat, ut spero in annum
Iubilei, iucundum erat cernere dimica-
tionem & feruorem eorum.

Silentium & solitudo strictissime ibi-
dem seruabantur, adeo ut si pater aut
propinquus quenquam salutasset in am-
bitu claustrorum, eundo aut redeundo ab Ec-
clesia

Martyrum Angliae.

clesia, siue in alio loco extra cellā, quam
uis licentiam habuisset, non respondisset
sed tantum ut ad cellas eorum pergeret,
si cum illis loqui voluisset, annuebat. In
nullo loco proiecibatur silentium, nec
etiam loquebantur ad inuicem sine licen-
tia. Ante harum ingurgitationem tem-
pestatum, nunquam exierunt clausuras
domus, nec ipsi quidem conuersti. Per to-
tum diem, excepto tempore conuenien-
di in vnum & discedēdi, videbatur clau-
strum propemodum quasi nullus inibi
habitasset, nisi aliqui sacerdotes colloquē-
di gratia fortuitu superuenissent. In visu
semper & vbiique summē custoditi, cui-
unque obuiassent in claustro, hominem
nunquam aspiciebant, sed inclinantes se
illi, transibant, nec etiam in Ecclesia. In-
vigilabant autem puritati cordis inter-
neque deuotioni, quæ per tales insolentias
repelluntur aut prepediuntur; lachry-
mæ in oculis multorum frequentes erant
& penē assidue cum quibusdam eorum:
propter quarum inundationem, multo-
ties non potuerunt in refectorio, nec in
ecclesia lectiones legere aut cantum per-
soluere, etiam aliquorum oculi defece-
runt

G runt

Historia

runt præ lachrymis. Inerat inter eos pia
inuidia, non quis eorum esset Vicarius aut
Procurator (hoc cōmittebant patrī Prio-
ri) nec inuicem mordebant, quis illorum
esset maior in regno cœlorum (hoc Deo
relinquebant) sed quis illorum proprius
attingeret veram mortificationem, fortis
us abnegaret seipsum, humilius sentiret
de se ipso, sincerius seruiret Deo, feruen-
tius amaret Deum, strictius seruaret silen-
tium, cautius custodiret cellam, rarius da-
maret culpas in capitulo, primus veniret
ad Ecclesiam, libentius ac diutius ibi mo-
raretur, quis virtuosis operibus affectuo-
sus inhæreret, ac magis supererogaret
debito, & quis melius obseruaret statuta
& cæremonias ordinis. Et hoc gratia
Dei, ac suę industrię per Iesum Christum
attribuebant: pro quibus perficiendis die-
ac nocte inuigilabant, & alter alterum
ad hæc pię animabat & adiuuabat.

Erat ibi cor vnum & anima vna, sicut
Reuerendus pater volebat in omnibus,
ita vt sæpè pater diceret: Onere graui
aggrauatis me fratres, consentientes mihi
in omnibus, non sicut ego volo, sed si-
cut vos vultis fiat. Omnia erant cōmu-
nia

Martyrum Angliæ.

nia, meum & tuum excludebantur a clau-
stro, ita ut nihil proprium haberetur, siue
in libris, siue quibusuis rebus alijs: Sed ad
voluntasem & petitionem omniū indif-
ferenter retinebantur, quæcunq; quis in
cella habebat. Curiositas summopere ibi
deuilitabatur, vilitas, parcitas, & pauper-
tas intimè diligebantur. Quod sanè præ-
claræ & insignis virtutis ac gratiæ erat.
Nam plerique omnes in illo conuentu,
tam monachi quam conuersti, magnarum
opum ac terrenarum possessionum do-
mini fuerant, aut iure hæreditario eis de-
bebantur multa, sed huiusmodi, arbitrati
sunt ut stercore, ut Christum lucrifice-
rent, pauperem vitam gerentes: Necessa
rit, non habuit vocem nec locum in Pa-
radiso Dei mei, quia turbat pacem & se-
ditionē facit in omni loco quo venerit.
Sub umbra enim necessitatis sensualitas
& propria voluntas, quasi leo in spelunca
sua, in perditionem animaq; requiescunt
ad quas extirpadas ipsum necessarium tru-
debatur sub dira custodia patris Prioris,
ut quod ille necessarium diceret, hoc so-
lummodo haberetur, sola necessitas vige-
bat inter eos. Tantum duplia de aliqua

Historia

re necessaria (exceptis libris) habebant, puta, habitum, caligas, tunicas, cilicia & huiusmodi. Non erant potatores nec multo vino dediti. Habebant ex ordine visum, bis tantum per septimanam, siue festum capituli veniebat, siue non : Exceptis tribus principalibus septimanis, sed hoc in modica quantitate, dimidiam selenae licet pintam vini, & non amplius, usque tempore. Necessitas sola extremi frigoris, impellebat aliquos eorum struere ignem, recolentes quanta frigora & nuditates sustinuerunt sancti Dei, qui circuierunt in melotis & pellibus caprinis. Etiam si pater Prior dedisset eis licentiam, sua ligna erogabant in eleemosynas pauperum: Nihil ibi siebat sine licentia, nec dare, nec recipere aliquid quantumcunque paruum quis audebat, nec etiam bibere aut fructus comedere post refectiones, extrema non urgente necessitate.

In colloquijs priuatissimis conuentionibus, otiosum ybum raro quis audiebat, aut de mundanis rebus. Si quis tale quid inconsideratè protulisset, confessim monebatur ab audiente, per quod animus delin-

Martyrum Angliae.

delinquentis corrigebatur. Sæculares re-
cedebat ab eorum cellis, creberrimè cum
lachrymis dicentes: Verè Deus est in lo-
co isto. Solebant nempe fratres in primo
aduentu ad eos, & ad salutationem sœcu-
larium rogare eos, ut nullos rumores ni-
hilque de mundo intimarent eis: sed si
quis sermo bonus esset ad ædificationem,
illum trutinabat mente, ad imitationem,
ut illud nulla vñq; obliuione delendum
a posteris, prædecessoris sanctissimi patris
nostrí Hugonis, Episc. Lincolniensis exce-
plum sectarentur, qui diuertens in quan-
dam domum nostri ordinis, regressurus
in Angliam post ædificationem venera-
bilius patrum domus maioris Carthu-
siæ (ut patet in eius legenda) interroga-
tus erat ab uno fratum in communī col-
loquio eorum, de nouis quibusdam. Cui
respondit sanctus Hugo: O pater rumo-
res audire & referre, et si licet Episcopis,
monachis tamē non licet: Cellas vel clau-
strum rumores ingredi non debent, vr-
bes deserere, & in solitudines rumores af-
ferre non licet. Hæc sonora vox sonabat
in auribus nostrorum fratrum in tantum,
quod grauis eis erat accessus sœulariū,

G 3 etiam

Historia

etiam si non ingruisset ultima tempestas,
talis ingressus tamen saecularium in clauso
strum nostrum pro posse impeditabatur.

Verum diuini officij prolixitas, dul-
cedo & modulatio cantus, incitabant animos audientium ad deuotionem, & co-
piosam lachrymarum effusionem. Vul-
go dicebatur: Si volueritis audire serua-
tia Dei deuotè celebrata, pergit ad do-
mum Carthusiae, illuc destinabantur legi-
gati aliarum nationum, illuc ascendebat
tribus, tribus Domini, senes cum iuniori-
bus, pusilli & magni, ad confitendum
nominis Domini.

Vigilia cuiuslibet noctis apud eos, a
festo omnium sanctorum usque ad Pascha, ad minus durabat per quinque horas.
Surgebant enim ferialibus diebus hora
decima, diebus etiam capitulorum: festis
vero Candelarum ante decimam, perse-
uerantes in Ecclesia post secundum pul-
sum usque post tertiam, aliquando usque
ad dimidium post tertiam. A pascha usque
que ad festum omnium sanctorum, feriali-
bus diebus, hora undecima. Et ut sine
omni sollicitudine essent, quietiusque va-
carent Deo, intendebant Domino Regi
suppli-

Martyrum Angliae.

supplicare, vt omnes terras & possessio-
nes eorum ipse dignaretur accipere, red-
diturus eis annalem redditum eorum, ita
vt illi non implicarentur vllis sacerdotali-
bus negotijs. Sed & statuta cum glosa,
strenuissime ibidem ab omnibus, nullo
iota scienter prætermisso, seruabantur.
Et ipse venerabilis pater Prior, cum suo
Vicario insistebat, vt secundum glosam
statutorum conuentus dirigeretur in o-
mnibus.

De uniformi obseruantia sacri ordinis & cæmeriarum reli- gioſarum.

Caput VI.



Vid dicam de vni
formi ordine per totū
illum Conuentum: Vi-
dens regina Saba inter
cetera, ordines ministrā
tium Salomonī, non
habebat ultra in ſe spiritum. Certē qui-
cunque vidifset ordines ministrantium

3. Re. 10

G + in hac

Historia

in hac domo Domini, inflammatus fuisse
spiritu ad seruendum Deo viuenti.
Non erat nobiscum sicut in diebus Iude-
cum, quando unusquisque faciebat, quod
sibi rectum videbatur. Inter nos tristis
nim erat uniformitas morum & cæremoniarum,
absque aliqua distinctione & di-
uersitate. Directa quippe erat via & ap-
pertè expressa per scripta, ita, ut stulti
non possent errare per eam. Talis ordo
& consonantia, decorant religionem, &
ubi non est ordo, certè ibi est ariditas de-
votionis, continuus horror mentis, & ab-
borum maxima deformitas, & dehonesta-
tio sanctorum religionum, nulla con-
passio super contritionem Ioseph, sed nec
ulla eura, quomodo Deo seruiatur, mo-
dò tales inordinati religiosi comedendo,
bibendo, & dormiendo suo ventri
seruiant. Auis discolor non sortietur ha-
reditatem Domini, in Dei sacrificio sub-
veteri lege, ministrantium vestes non re-
xebantur filii diversorum colorum. Psal-
mista insuper ait : Deus in loco sancto
suo: Deus qui inhabitare facit unius mo-
ris in domo. Idcirco præfecti & præposi-
ti illius domus nostræ, diligenter inuig-
labant.

Psal. 67.

Martyrum Angliae.

Iabant, ut unus & idem ordo per omnes
& in omnibus custodiretur, & cæremo-
nias in nullo præterirent, sed tam stricte
cas obseruarent, quasi ipsa statuta, consi-
derantes quod populo Israëli Dominus
pro nulla re magis iratus erat, quam pro
transgressione cæmoniarum. Et qui
spernit modica, cæmonias & huiusmo-
di, paulatim decideret in contemptum ma-
iorum. Qui enim in modico iniquus &
infidelis est, certe & in maiore erit si per-
mittatur. Ad quæ declinanda, s̄xpe præ-
conis voce inculcatum erat, illud auri-
bus nostrorum : Custodite cæmonias 3. Reg.
meas, dicit Dominus. Et ut omnia fierent
decenter, honeste, ad amissim, cum ma-
turitate, grauitate, & condecorantia mo-
rum, ac secundum uniformem gestum &
modum sacri ordinis nostri.

De eximia perfectione & simili-
citate fratrum Laicorum: Et de sin-
gulari sanctitate ali-
quorum pa-
trum.

G 5 Caput

Historia

Caput VII.



N grege Laicoru
eadem per omnia man-
data erant, atq; religio-
fissimè obseruata. Erat
enim veri conuersi no-
mine & re totaliter i
mundo ad Deum, filij obedientissimi,
fratres charissimi, famuli diligentissimi,
patres affectuosissimi, solicitudinem ma-
ximam gerentes pro monachis, & conso-
lationem non modicam eis inferentes in
tribulationibus eorum, & amici Dei fa-
miliarissimi: Quibus quæ audierunt à patre
suo adorando, sæpè reuelauit Dei Filius.
Cum vero essent sancti Idiotæ & siue li-
teris, mira tamen conceperunt de lectis
& auditis in Ecclesia & refectorio, & sci-
scitancibus ignitas spiritualis intelligen-
tiæ scintillas effectuauerunt. Negotiatio-
nem sapientiæ Dei, prælibationesque in-
ternas frequentabat, exercebant, & cum
intellectuali dulcedine gustabant, ferue-
batque inter eos, sicut inter monachos,
studium rigidæ paupertatis, superfluita-
tis odiū, necessitatis tenuis usus, obliuio
tempora

Martyrum Angliae.

temporalium, concupiscentia desiderij
æternorum, communis humilitas, cordis
contritio omnibus in commune, sui ipsius
us abiectione & prælatio sociorum: Sancta
deuotio & feroꝝ spiritus inerant inter
eos, adeo, ut duo eorum iacentes super
terram in tempore orationis, prostrato
corpoꝝ eleuabantur simul cum corpore
a terra: Nomen vnius Rogerus, alterius
vero Ioannes. In affirmationem huius
aliud non minus stupendum referam, in
ædificationem corporis Christi.

Fuit in illa domo nostra Londonie
enſi quidam venerabilis pater, sanctitatis
inenarrabilis, sexagesimum post profes-
sionem suam in nostro ordine excedens
annum, è quibus triginta annis Prioratu
huius domus nostræ dignissimè admi-
nistrauerat, Vuſhelmus Tynzbi no-
mine, natione Hybernum. Hic ante habi-
tus & ordinis susceptionem ad sanctam
ciuitatem Hierusalem peregrinabatur,
vbi & ab Agarenis captus fuit, & peri-
mendus carceri traditus. Sed ipſi in hac
angustia constituto, pridiè quam occide-
dus erat, venit in mentem memoria cuius-
dam imaginis diuę Catharinę, in capella
domus

Historia

domus paternæ in patria sua pendentis.
Ad quam toto cordis affectu conuersus,
inuocabar cum crebris lachrymosis suspi-
rijs præfatam Christi sponsam pro sui li-
beratione. Et in hac supplicatione diutie
us persistens, somnum incidit, à quo euile
gilans, inuenit se in illa capella domus
paternæ ante prædictam imaginem se-
dere, Dei omnipotenti virtute (cui nihil
impossibile est) per immensa maris & ter-
rarum spacia subito translatum, non abs-
que grandi miraculo. Vnde & ipse & co-
teri qui aderant, vehementer admirari,
& de inopinato eius aduentu gauisi sunt.
Ipse autem diuinam in se expertus de-
mentiam, & beatissimæ Catharinæ pa-
trocinium, rem prout gesta erat, omni-
bus enarravit. Quibus auditis, eum in
magna reuerentia habere cœperunt, &
ut sanctum venerari. Quod ille perpen-
dens, clam aufugit, & ad ciuitatem Lon-
doniarum deuenit, & post aliquantulum
temporis habitum nostræ religionis in
domo nostra suscepit. In qua alter An-
thonius effectus est in perpessione & vi-
ctoria tentationum, in frequenti confli-
ctu Dæmonum, & in sanctitate vitæ. Si-
c ut

Martyrum Angliae.

cut enim Dæmones plagauerunt sancti
Athionum semiuiuo eo reliquo, ita &
hunc. Qui quidem celabat omnia ob hu-
militatis conseruationem, quantum po-
tuit. Quadam tamen nocte, tot & tantis
plagis a Dæmonibus Iesus erat, qd nō po-
tuit se mouere a loco in quo iacebat, nec
tegere corpus vestimentis, propter quæ
compulsus erat, absens esse a principio
matutinarum: Quem requirens infirmita-
tius, inuenit in terra iacentem cum deslu-
entibus vulneribus, omnibus in cella sua
tonturbatis & confusis, frequenter etiam
in multis alijs cum impugnauerunt. Iste
sanctus pater tantæ sanctitatis erat, quod
per multos annos ante suum obitum ra-
ro vel nunquam dicere potuit illud san-
& tissimum Euangeliū: In principio erat
verbum, absque ecstasi & raptu. Raptus
quoque erat quodam tempore in Para-
dysum, ubi & audisse se perhibebat in-
effabilia verba, & multos ibi vidisse, &
cognouisse olim sibi familiares. Supere-
minens sanctitas huius, probata erat ab
omnibus sine simulatione. Obiit autem
Anno Domini 1529.

Multi alij etiam in illa nostra congre-
gatione,

Historia

gatione, mira dulcedine diuini amoris ^{int}
ebriati, ac ineffabili sanctitate præda-
erant. Sæculares dicabant, quod si posse
bile esset hominibus in terris assimilan-
Angelis in cœlis, eorumque puritatem
aliqualiter attingere, in illa domo nostra
tales esse. Sed & ipse venerabilis pater
Prior, crebrius dicere solebat, sese Ange-
Psal. 81. los sub sua obedientia habere: Ego autem
dixi, dixi erant, & filii excelsi. Quo ad fur-
tivas disciplinas, quas multi eorum fusco-
perunt, & de temptationibus, quas pertu-
lerunt, in quibus terribilibus effigiebus
Diabolus apparuit eis, quas molestias in-
tulit eis, quibusque plagiis corporis ma-
ctauit & cecidit eos, qualisque ludus fa-
etus est eis, talia quidem & alia quamplu-
ra potius miranda, & facilius veneranda
quam imitanda, omitto scribere, ne non
veritatis obtestatio, sed adulacionis, ina-
nis iactantiæ, aut propriæ laudis obse-
quium esse putetur.

Sed hoc pro veritate sciat omnis
domus Israël, quod mirabilis Deus mira-
bilia multa & magna, circa electos suos
in illo domo existentes, operari digna-
tus est. Lingua non potest dicere, nec lis-
teria

Martyrum Angliae.

teria exprimere magnalia Dei, quæ per eos fecit: quot tentati, per eorum preces & sancta consilia alleuiati, quot afflicti & moesti sunt consolati, quot à baratro desperationis subleuati, & erepti: Nulus inconsolatus recessit ab eorum colloquio, nec aliquis periret, qui eorum implorauerat auxilia, & se precibus eorum semel submiserat, sed sanabatur à quacunque spirituali infirmitate detinebatur: cum alij quidam non ita suffulti specialiter, aut gladio se peremerint, vel strangulauerint, aut seipso suspendent, vel in aquam demerserint. Montes Psa. 1103 excelli ceruis, & petra refugium erat herinacijs. Et quod superest, & maximum erat, humiliauit eos Deus, qui est ante sæcula. Nihil siebat per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores se inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt, vel erant, considerabant, sed ea quæ aliorum, colligentes singuli fasciculos myrrhæ ex aliorum virtutibus, vnde sibi humilitatem construerent.

Et quamuis per singulorū humilitatem discurrere ut possim, vites internæ mihi non

Historia

non suppetant, nimisque protraherent sermonē, nota facere si velim omnia quæ vidi & noui, vnius tamen humile sentire de seipso nō reticebo, patris scilicet Vulhelmi ex Merov, qui cum esset iuuenis annorum viginti & octo, genere præclarus, ingenio acutus, Græco Latinoque serinone non mediocriter insignis, religionis magnus zelator, strenuusque cultor Dei, nec inuentus esset quis similis illi per omnes domus nostræ puericiæ, prius Vicarius, postea Procurator nostræ domus, & singulis noctibus in fine secundi nocturni ab Ecclesia recederet, permittentibus statutis, tam confusè recedebat, (sicuti mihi crebro referre solebat) qualiter reprobatus esset a Domino, indignum se iudicans non solum annumerari, verum etiam appropinquare vel permanere in consortio fratrum suorum, cum quibus staret & consisteret in laude Dei, & ideo electum se esse in officium Iudæ, ut cum Iuda in fine damnetur, se timere aiebat. Quibus lachrymis illud officium Procuratoris suscepit, quæque media inuestigavit, ut ab illo exoneraretur, nouerunt vniuersi illius domus. Nunquam illo coram dialis

Martyrum Angliae.

dialis dolente, & amarus plorantem
vidi quenquam, quem, solitudine cellæ
relicta, in tumultum sacerdotalium exiret,
iniunctum sibi sub obedientia exequi-
turus officium, cum de Pellicano solitu- Psal. 101
dinus fieret taurus pinguis, aptus ad occisi-
endum, de nycticorace in domicilio,
coruus deuorans in torrentibus, & de pas-
sere solitario, fieret aquila super domum
Domini: Dolor ingens tunc attriuit cor
eius humile, inuentam preciosam mar-
garitam verebatur perdere, gustato in-
super spiritu dulcique quiete solitudinis,
desipiebat caro libertasque seruilis. Si-
miles sui in hoc erant & alij quam plures,
qui maluerant sedere in angulo domae-
tis, quam cum muliere litigiosa & in do- Prou. 21
mo communi. Mutuam charitatem illo-
rum, non solum gestus & verba (quibus
se inuicem semper amplexati sunt) sed
per maximè ipsa pia sollicitudo (quam v.
nus gerebat pro altero) in omnibus illis
malis, quibus circundati erant (præcipue,
quando cibaria domorum per præposi-
tos domus ablata erant ab eis) ostende-
bat. Quomodo compatiebantur singuli
singulorum inediae & fami, qmodo tunc
H se mu-

Historia

se mutuo consolabantur, quasque ad invenientes explorauerunt, per quas alii subuenirent, & eorum refocillarent famem & siti, pia quoque sollicitudo ipsorum pro incarceratis infra & extra domum luculentissime demonstrabat, per quae illos veros esse discipulos Domini nostri Iesu Christi, probatum erat. Nihil inferam de castitate, quia nihil inquinatum vel immundum introiuit in illam civitatem. Quid plura? Ibant in directum vaccæ, per viam quæ dicit Bethsames, & itinere, non diuerso, sed uno gradiebantur omnes, pergentes & mugientes atq; lugentes prolongationem sui incalatus, & miseras huius peregrinationis & non declinabant, neque ad dexteram neq; ad sinistram.

De fratribus reprobis cum bonis sociatis, & eorum terribili punitione.

Caput VIII.

Sed

Martyrum Angliae.



ED si forte calcitraſſet *Hiere. 31*

quiſpiam (Nouum enim
conderet Deus ſuper ter-
ram) ſi in tanto conuen-
tu zizania non ſuperfe-
minasset inimicus, & bo-

nis mali non admixti fuiffent, in exerci-
tationem bonorum (Sicut enim ibi erant
multi boni, boni valde : ita erant ibi alia
qui mali, mali valde) Et quemadmodum
piſſimus Deus non ceſſauit illos proba-
re, quaſi aurum quod per ignem tranſit, *Prou. 10*
in bonum ipſorum, per accumulationem
meritorum & amplioris gratiæ, vt am-
bularent de virtute in virtutem: ita &
iſtos malos pōſt multas vocationes & di-
uersas correctiones, ad innotescendum,
quām graue crimen ſit post vota retra-
ctare, quomodoq; diſplicet ſibi ſulta &
infidelis promiſſio, quāmque maledictus
ſit, qui votū immolat Domīno debile vel
claudū, quomodoq; melius eſſet non uo-
tere, quām pōſt vota pmissa non redde-
re: Non habens tandem ſuper quo percu-
teret eos vltra, addentes prēuaricationē,
dimiſit eos ſecūdū desideria cordis eorū,
qd omnium plagarum ſup peccatores eſt

Eccle. 5.

Historia

grauissimum metuendissimumque exter-
nè reprobationis signum. Et permisit eos
labi, peccatis suis exigentibus, de bono
in malum, de malo in peius, & de peiori
in pessimam obcæcationem & cæcitatem
mentis, quod non sentiebant percutien-
tem, sed dixerunt bonum malum, & ma-
lum bonum omnibus diebus vitæ suæ. Si
ergo, ut dicere coepi, fortè calcitrasset
quispiam aut aliqui ex eis, primò corre-
xit eos Prior paterne ad emendationem,
nolens eos perire, sed ad pœnitentiam
reuerti. Cum enim inesset cuiquam in illo
claustro, cor malum & incredulitatis
discedendi à Dœo viuo, vel alias quis exacerbasset Deum peccator, non continebat
in ira sua clementissimus Dominus
misericordias suas, ut secundum multitu-
dinem iræ suæ non quæreret, reseruans
omnia in futuro: Sed cum statim in for-
ibus peccatum adesset, vlciscebatur per
apertam vindictam, de quibus vindictis
non est modo dicendū per singula, quas
patres nostri narrauerunt nobis. Aliquas
earum quas ego, & qui mecum est, frater
conuersus, vidimus, recitabo, ppter cau-
telam aliorum. Fœlix enim quem faciūt
aliena

Esa. 5.

Martyrum Angliæ.

aliena pericula cautum: Iustus quoque la Psal. 57.
uabit manus suas in sanguine peccatoris,
timens & deuitans talia cōmittere, pro-
pter quæ videt alium plagatum. Pestis
lente quippe flagellato, stultus sapientiæ Profl. 19
or erit.

Fuit itaque in hac congregatiōne
nostra, monachus quidam Thomas Sal-
ter nomine, sumopere delectatus in de-
notatione & diffamatiōne fratrum, &
hoc apud sacerdotes, qui tamen nunquam
abstulit malum à seipso. Hic post crebras
Apostasias, quodam tempore cum in car-
cere clausus fuisset, sub custodia etiam v-
nius fratrum conuersorum, ne amplius
fugam faceret, adeò terribiliter dæmo-
nes quadam nocte eum aggressi sunt, &
tam dire & horribiliter tractauerunt,
quod nisi custos suus, qui id in spiritu vi-
debat, corporeque nimio terrore concus-
sus, dæmones sentiebat ad Apostatam in-
trocēentes eumque vexantes, qui insuper
audiebat clamores afflīti: Nisi (inquam)
iste custos per suas deuotas acclamatio-
nes & sanctas preces, citō ad eum euigi-
lasset, ipsum penitus strāgulassent, & ne-
cassent, sicut ipsem et Apostata postea re-

H 3 tuuit,

Historia

tulit, qui tamen post multam moram, d^e monibus etiam effugatis, vix ad se redire potuit. Alius quoque frater fuit Georgius nomine, huic vehementer aspiranti ad ollas carnium in Aegypto, omnia quæ ordinis & sanctæ religionis erant, onerosa videbantur & grauia. Hic quodam tempore vesperarum attædiatus in diuino seruitio, exituit Ecclesiam secundum consuetudinem, deambulatum in capitulo. Quod cū ingressus fuisset, imago crucifixi, quæ pendebat in prospectu introeuntibus, videbatur sibi vertere dorsum in cruce, auertens se totaliter ab eo. Quo viso, ille eodem instanti amens factus est, & cecidit in desperationem, & in illo misericordi statu permanxit, per dimidium annum. Postea verò per preces fratrum pristinæ redditus fuit sanitati, quam nulla tam emendatio conuersationis comitabatur. Nam in tantam irreligiositatē decidit, quod compulsus erat conuentus cum expellere ab ordine per licentiam Capituli generalis. Fuit etiam aliis sacerdos, nomine Nicolaus Rawhus, nimiris cepit dæ conuersations, cui etiam satis molestus erat in ecclesia permanere, qui tandem aposta statare

Martyrum Angliae.

statare meditabatur. Is veniendo quodam tempore ad vespertas, tanta percussus est cæcitate, quod ostium Ecclesiæ minime intrare quivit, nec etiam inuenire: cum tamen vnum pedem super limen posuisset, sed palpando huc illucque diuertebat, & ad cellam reductus, statim visum recepit. Indignus ergo erat intrare Ecclesiæ. Sed & iste idem alio tempore in celebrazione Missæ constitutus, tanto terrore ac tremore corporis est concussus, quod procedere non potuit, sed cōpulsus fuit vestimenta sacerdotalia exuere, & inchoata deserere. Similiter & aliis frater, nomine Henricus, consimilis temporis & conuersationis, eadem ruminans, sed non recte diuidens, in celebratione Missæ conventionalis constitutus, eodem modo plagatus fuit per horribilem tremorem, curritque ab altari in Sacrarium, ut exueret vestimenta, quod & fecit. Quia semel coepi loqui, addam & quintum de alio quodam, qui etiam monachus erat in domo nostra, nomine Ioannes Dailei, magnis quidem tentationibus prægrauatus. Hic quadam die murmurauit, quod non fuit saturatus, & cibus in prædio sibi administratus

Historia

oculis suis & appetitui non placuit, dicens inter cætera : Se maluisse comedere bufones, quam illius generis pisces. Mirares, iustus Dominus non fraudauit cum a desiderio suo. Tantam enim copiam bufonum attulit ei, quod cumulati, paucum mentum cellæ eius replerent, reptantes & salientes post eum, quo cuncti circa celum suam pergebat. Erant sibi commensales & coniuæ in mensa, etiam in ipsum discum suum prolixbant: erant quoque ei contorales & socii in lecto. Si quem in ignem proiecseret, statim exiliebat illus: si occidisset eos, alii superueniebant, & numerus quotidie augmentabatur, per seuerabantque cum eo in cella sua per integrum mensem, nec ullo modo ab eis liberari potuit. Semel autem unum eorum forcipe apprehensum, in igne torrere voluit, sed tantus fœtor ex eo exalauit, ut a coepio desistere compulsus sit: etiam alii existentes in claustro a longè, eundem fœtorem sentiebant. In horto vero suo permanerunt per spacium trium mensium, ipsem & frater saepissime hoc idem cum magno dolore cordis enarrare solebat. Sic per haec & multa alia reges lauit Deus condens

Martyrum Angliæ.

condensa, noluit tam sanctum collegi-
um, adeo nefarijs actibus & enormibus
peccatis de honestari. Propter alios quo-
que permisit Deus istos talia pati, ne in id
ipsum incredulitatis exemplum & pec-
catum quis incideret, & propter seipso,
ut ita castigati a talibus, in posterum de-
sisterent stultijs & nequitijs : Qui tamen
non sunt reuersti, sed irritum fecerunt pa-
ctum suū cum Deo & omnibus suis fan-
ctis, & habitu religionis reiecto, exie-
runt a nobis per licentiam Domini Regis
nostrī. Sed hæc de huiusmodi dicta suffi-
ciant, & vtinam eorum pœnitentiam in-
sinuare possem & emendationem, sicut
eorum delicta & pertinaciam, ut spes
pereuntiss̄ esset recuperatio deperdito-
rum. Sed modō eorum mala tantum in-
dicata sunt, vt cautela posteriorū sit rui-
na præcedentium.

Nunc verò ad inchoaræ historiæ serí-
em prosequendam, stilum retorquebo,
bonorum & malorum exemplis & mori-
bus elucidatis, vt vbi bonorum exempla
nos non prouocant, saltem aliorum ma-
la nos terreant. Nam idem est Deus, &
abbreviata eius manus non est, sed adhuc

Historia

extēta, ad saluandum & ad puniendum.
Et ad domum meam reuertar vnde exi-
ui, vbi vt confitear Domino in bonis su-
is, dignetur reædificare in ea tabernacu-
lum suum, & reuocare ad eam omnes ca-
ptiuos & dispersos suos, vt in Hierusa-
lem consolem. O domus gloriose vir-
ginis piissimæ matris Dei, ædificata olim
cum propugnaculis, nunc sedens in tri-
stitia domina gentium, nomen tuum &
memoriale tuum in desiderio animæ. An-
ima mea desiderat te in hac nocte tene-
brosa, sed & spiritus meus in præcordijs
meis : De mane vigilabo ad te, cupiens
restaurationem tuam videre. O quam
beatus essem, si fuerint reliquæ seminis
mei ad videndam claritatem tuam pri-
mam, quam habuisti ab initio. At quo-
sum ista: Quare mœrore contraheris ani-
ma: Nunquid rex non est tibi, aut consi-
liarius tuus perit, quia innouauit te do-
tor: Nonne benefecit tibi Deus, perdu-
cens te recto itinere in domum fratri
matris tuæ, vt inde sumas vxorem filio
tuo Isaac: Nunquid in Iudæa tantum no-
rus Deus: O consolatio onerosa: renuit
consolari anima mea taliter. Benè mihi
quidem

Martyrum Angliae.

quidem fecit Deus, merita excedēs & vō
ta, non attendens miseras & culpas, nec
mihi facias secundū peccata mea : Sed si
in ipsum cœlum raperet, degeneratis ani
mi esset & nimiae ingratitudinis, imo ve
rō impietatis nequissimae, obliuisci ma
ternorū viscerū in hac senili etate, quæ me
genuerūt. Et quid ago: Si locutus fuero,
non qescit dolor meus: Et si tacuero, non
recedet à me. Exemplo idcirco eius, qui
cum turbatus esset, non loquebat̄, obmu
tescam. Veritatem tamen hanc dicam, &
non mentiar, testimonia mihi phibente
conscientia mea, qd tristitia mihi magna
est, & intimus dolor super dolorem cordi
meo, nō solum pro fratribus meis absen
tibus, qui desiderant diem videre ex die,
quibus nondum perforatum est foramen
in ore Leuiathan, ut liberē trāseant hoc
mare magnum & spacio sum sine pericu
lo mortis: sed etiam pro alijs, quorū mul
tos ego noui, qui credituri essent per eos
conuerterentur ad Dominum Deum no
strum, si aliqua domus nostri ordinis in
illa prouincia reædificaretur: pro me
ipso autem nihil nisi in infirmitatibus
meis spiritualibus. A quibus vt alleuier
per

Iob. 40.

Historia

per Dei misericordiam, hanc funam item
cum amore & gratiarum actione, quibus
possum, non quibus vellem & debo, am-
plexar in spe, quod participet mecum de
bonis suis, & temperet dolorem, qui ex
morte matris meae accidit, ac incalescen-
te suo tactu refoueat carnem frigidatam
prae inueteratione in diebus malis, quan-
do fodiebatur pectori fouea, firmissime
sciens, quod hic & in omni tribu Israël
magnum sit nomen Domini. Et quamvis
omnes qui introibunt in domum Domini,
reddituri vota quae distinxerunt labia
sua, non debent apparere vacui, sed in
holocaustis, in oblatione & odoramine
virtutum, cum reformatione morum ac
sui abnegatione, Deo suo appropinqua-
re: tamen sancti patres nostri, pro quibus
principue haec historia texitur, praeter
oblations & vota vtronea obtulerunt
in decorem domus Dei nostri holocau-
sta medullata, cum incenso arietum, &
adipe pinguium: obtulerunt boves cum
hircis, pellem cum carne, nihil sibi reser-
vantes, nec corpus, nec animam, nec in-
teriora, nec exteriora, quandoquidem a-
gonizauerunt pro iustitia usq[ue] ad mor-
tem,

Martyrum Angliæ.

tem, mortem quidem contemptibilem & horrendam, mortem autem patibuli, gladij & ignis. De qua morte restat adhuc dicendum. Quod priusquam aggressiā (reuelationibus, quibus Dominus seruos suos frequenter erudiuit, prætermis- sis) de aliquibus signis prodigiosis pauca referam.

*De prodigijs ante martyrium fratrum visis. Et de præparatione eorum ad mortem, primò propter secundas nuptias Regis,
et tandem finaliter propter schisma.*

Caput IX.



Ontigit autem anno Domini 1533. procellosam hanc tempestatem præcedente, cometam videri in aere extendentem radios suos planè & apertè usque ad domum nostram. Totus Conuentus, regrediens quadam nocte à matutinis, cernebat ac intuebatur radios prouenientes ab illa

Historia

ab illâ stella, coruscare ac scintillare per quandam altam arborem in cœmiterio nostro, & trāsfundere se, & transuerberare super Ecclesiam nostram, & illum locum, vbi campanæ pendebant. Quod quidem inauditum est, & inuisum a re tro sœculis. Eodem quoque anno venerabilis pater Prior noster, quadam nocte post secundum Nocturnum egrediebatur Ecclesiam, qui intrans in cœmiterium, videbat in aëre globum sanguineum miræ magnitudinis. Ad cuius aspectum expauit cor eius, & præ eimōre cecidit super terram. Eundem aut similem globum siue sphærām videbat & aliis fratribus eadem nocte, exiens in hortum cellæ post Matutinas. Alia etiam non minus monstrosa de duobus cuncis muscarum, instantे ipso periculoſo tempore acciderunt: Quarum una turma fuit nigerrima, & valdè deformes erant, similimæ illis muscis, quæ gignuntur ē ſimo iumentorum. Alterius vero turmæ muscæ, erant diuersorum colorum, & ob longæ, ſimiles illis quæ volitant in arundinetis super aquas. Et hæ turmæ duxæ infinitæ multitudinis, diuerſis temporibus.

requie-

Martyrum Angliæ.

requieuerunt super domum nostram, ac omnem superficiem eius cooperuerunt. Quæ quidem omnia aliquorum euentuum signa & prodigia nobis imminentia esse formidabamus, & in bonum converti omnes rogabamus. Sed anno sequenti timor, quem timuimus, evenit nobis, & quod veriti suimus accidit, ac tanta mala erupuerunt, per quæ si Deus nobis misericors non fuisset, poterat omnis retro abundantia tradi oblitio[ni].

Anno enim Domini 1534. cum ci. *Secundæ* uitas nostra, domum dico salutationis nuptiæ vñ beatissimæ Matris Dei virginis Mariæ uente p[ro] iuxta Londonias, habitaretur in omni maxo- pace (leges enim optimè custodiebantur, re- propter dicti religiosissimi Patris no- stri Ioannis Houthon inibi Prioris exis- stentis dispositionem, deuotionem, pie- tatem & peruigilem curam circa grec- gem suum, ac animas inibi odio haben- tes mala) contigit inimicum humanæ generis, quieti, paci, charitati ac san- citati eorum inuidenter, animum Re- gis Angliæ, ad quædam illicita in regno suo peragenda instigare. Super qui- bus consensum omnium sibi subditorum à sedes.

Historia

à sedecim annorum ætate & suprà tam
religiosorum quam sœcularium extor-
quere volebat: Quorum malorum caput
sive principium hoc erat, ut omnes secu-
dis suis nuptijs, priore regina & coniuge
sua licet superstite, consentirent, easque
ratas & licitas esse affirmarent. Cumque
commissarij ad hoc negotium delegati,
hoc edictum regis exequi egredierentur,
& ad sanctum patrem nostrum deueni-
sent, quatenus ipse & suus conuentus re-
giæ iussioni & ordinationi præberent
consensum: Respondit pater, suæ voca-
tionis non esse, nec se, seu quenquam suo-
rum, regijs negotijs ingerere posse aut
debere: Neque sua interessa quam velit
rex repudiare, quāmve accipere uxori-
rem, dummodo à se suisque nihil de hu-
iusmodi rebus exegerit. Sed hoc respon-
so non contenti, voluerunt ut sine aliqua
interpolatione, conuentu suo congre-
gato sub præstito iuramento illicitas esse
priores nuptias affirmarent, hisque secu-
dis & proli subter eas editæ præberent
animum & obedientiam. Venerabili
tunc patre nostro respondente, se non
posse capere, quo pacto priores nuptiæ
secundus

Martyrum Angliae.

Secundum ritum Ecclesiae celebratae & tam diu obseruatæ irritarentur, iussus est mox recludi in carcere turris Londoniensis cum patre Hunfrido, procuratore domus nostræ, ubi per vnum mensem detenti fuerunt. Postea vero persuasum est eis per quosdam probos & doctos viros, illam non esse licitam causam mortis infligendæ: Quibus auditis, sub conditione regiae annuerunt iussioni, sicutque dimissi, domum redierunt, quos admodum læti suscepimus. Verum quando id iuramentum à conuentu exigebat, non minima inter eos erat turbatio: Quod cernens pius pater noster, ait: Nondum aduenit hora nostra, patres charissimi. In ipsa autem nocte, qua frater procurator, & ego à carcere fuimus dimissi, me non tam cito euasurum, sed illuc reducendum, eundemque carcerem infra annum me receptus suminabo. Restat ideo aliquid aliud nobis in breui proponendum, ut existimmo (quamvis fides non sit adhibenda somniis) tam pariter viuamus Deo non offenso, quamdiu possumus. Dum haec ita agerentur, venerunt Consiliarij regij

I & res

Historia

& rectores ciuitatis cum satellitibus suis,
rapere & carceri mancipare totum con-
uentum. Remiserant enim eos vacuos à
proposito bis antea, venientes accipere
iuramentum. Quod fratres consideran-
tes, p̄ijs & salutaribus sancti patris consi-
lījs & exhortationibus acquiescere decre-
uerunt. Et sic demum in verba regis iura-
uimus, sub conditione tamen, quatenus
licitum esset. Anno Domini 1534. die vi
cesimo quarto Maij, prioratus patris no-
stri anno quarto. Nos igitur de ventre hu-

Iona 2. ius immanis ceti salua conscientia, vt sp̄i-
rabamus, liberati, letari coepimus cum lo-
na super hedera in habitaculis nostris,
quæ obumbraret & pregeret nos à plu-
via, turbine & æstu, vt sub ymbra illius
securi sederemus absq; aliqua maiori trā-
bulatione. Sed melius est confidere in
Psa. 145 Domino, quam in principibus, in quibus
non est salus. Præparauit enim Deus ver-

Iona 4. mem in ascensu diluculi, qui p̄i cussit he-
deram & exaruit, nullo vestigio prioris
fœderis initi remanente, vexatioque dei-
dit nobis intellectum de prædicta reue-
latione sancti patris nostri. Et tunc verē-
experti sumus, qd propheta fuerat in me-
dio nostri,

In

Martyrum Angliæ.

In principio enim anni Domini 1535. Schisma diffinitum fuit per Regem Angliæ, & in ab unitate celebri actu Parlamenti sui institutum, ut te Ecclesia omnes autoritatem & obedientiam, sive quam debebant Domino Papæ & cuique alio superiori in alijs regnis, abrenunciasent, & ipsum Regem, ut supremum caput Ecclesiæ, tam in spiritualibus quam temporalibus, sub iuramenti attestacione susciperent: Contradicentes vero, tanquam rei læse maiestatis haberentur, & æquali morte plecterentur. Quod cum per totum regnum promulgatum fuisset, venerabilis pater Prior noster conuocauit Capitulum, atque quæ imminebant conuentui indicauit. Quibus audiatis, consternati erant animo valde. Tunc dixit pater: Tristitia mihi magna est, & cordi ingens dolor præ cæteris, pro fratribus meis iuuenculis, qui abundant in isto conuentu. Videtis enim fratres, quid: multi sunt hic iuuenes innocenter modo vitentes, quorum ceruicibus iugum oneris & sceptruim exactoris nunquam impositum fuit: Qui cum semel commixti fuerint inter gentes, timendum est, ne discant opera eorum, & cum cœperint

Historia

spiritu, nunc carne consummentur: Cor
rumpunt enim bonos mores colloquia
1. Co. 15 mala: Cum peruerso conuersantes, cito
peruertentur. Et difficile est tangere pre
Eccle. 13 cem, id est, mundum absque inquinamento
carnis & spiritus, ac transire per ignem
illæsum. Alij etiam sunt ex nobis, à quo-
rum fortassis cordibus luxuria penitus
abscisa non est, de quorum periculo non
minimè metuimus, cū reincöperint per
conuersationem mundanis rursus inuoh-
ui. Quid dicam ergo fratres, vel quid fa-
ciam, dum nil boni perferam de his, quos
dedit mihi Deus, ante iudicium æternū?
Et fletus magnus inter eos erat. Tunc di-
ixerunt omnes constati animo & vna vo-
ce,, Moriamur omnes in simplicitate no-
stra, & testes erunt super nos cœlum &
terra, quod iniuste perdit sumus de ter-
ra. Respondit mœstus pater: Utinam ita
fiat, quod vna mors reddat viuos, quos
vna vita tenuit mortuos. Sed nec tandem im-
bonum nobis, tantumque malum sibi plis
illatueros eos credo: Ex nobili prosapia
multi vestrum estis, sed hoc potius (ut re-
or) facient, Vos seniores & me in mor-
tem tradent, hosque iuuenes dimittent
auolare

Martyrum Angliæ.

auolare liberos in terram non suam. Id.
circo si solummodo pro meo consensu
negocium fuerit, exponam me misericor-
diam Dei, & ero anathema pro his fratri-
bus meis minimis, ac consentiam regiae
voluntati, si licet fieri possit, ut præser-
uem istos à tot, & tantis periculis futuris.
Si aliter decreuerint fieri, ut omnes con-
sentiant, & si mors vnius (ne tota gens
pereat) non proderit, fiat voluntas Dei,
& utinam fiat par sacrificium de omni-
bus. O quomodo coarctabat spiritū hu-
ius sanctissimi viri, hinc charitas Dei no-
lens offendere eum, illinc periculū alio-
rum, à quo eos præseruare cupiebat: sed
quid eligeret, ignorabat, præualuit ta-
men charitas Dei, memorans eiusdem
sententiam: Quid proficit homo, si lu-
cretur vniuersum mundum, seipsum ve-
ro perdat, & detrimentum sui faciat?
Qui me erubuerit & sermones, &c. Vel
illud: Qui aliquid amat plus quam me, Mat. 19.
non est me dignus.

Luc. 9.

Nihilominus iste sanctus pater no-
ster ita angustiatus in hac conuentione
nostra, dixit insuper nobis: Ignorantibus
nobis fratres quid eueniet, ne imparati

I 3 inue-

Historia

inueniamur, quando Dominus pulsauerit ianuam, disponamus nos, ac si statim morituri simus: Iacula enim præuisa minus feriunt. Tūc suasit eis preparare cor da sua Deo per generalem confessionem, deditque licentiam, ut vnumquisque confessorem quemcunque voluerat in clau stro sibi eligeret, & omnibus dedit autho ritatem plenariæ absolutionis. Et hoc factio, sequenti die inquit : Quia in multis

Jacob. 3. offendimus omnes, & vnumquisque debitorum habet fratrem suum, & etiam quia sine charitate nec mors nec vita aliquid proderit, inuicem recōciliabimur. Et ter tia die Missam de Spiritu sancto celebra bimus, pro gratia illius impetranda, qua valeamus voluntatem & beneplacitum eius adimplere. Igitur cū prima dies tran sisset, patris nostri saluberrimo cōsilio ad impleto, & dies reconciliationis aduenis set, prēmisso Pater noster, diutino & de uotissimo sermone de charitate, patien tia, ac firma adhæsione post Deum, in ad uersis, tractando illos quinq; primos ver sus Psalmi : Deus repulisti nos, & destru xisti nos: ita finiendo & concludendo ser monem suum, Melius est nos hic pro cul pa bre

Psal. 59.

Martyrum Angliæ.

pa breuem suscipere pœnam, quam æter-
nis seruari cruciatibus: Tunc dixit: Cha-
rissimi patres & fratres, quod videritis
me facere, facite obsecro & vos. Statimq;
surgens perrexit ad seniorem domus iux-
ta se sedentem, ac genua flectens corā eo
humiliter petiit veniam, & indulgenti-
am pro omnibus suis excessibus & pecca-
tis, cōtra eum aliqualiter commissis cor-
de, ore, vel opere. Et eodem modo, alter
se habuit ad eum, petens veniam pro su-
is. Et sic procedens pater per chorūm su-
um primō, deinde in altero choro eadem
petiit ab unoquoq; singillatim per se, do-
nec veniret ad ultimum cōuersum, ama-
rissimē plorans super singulos. Et simili-
ter oēs sequebantur eum alternatim, sin-
guli petentes à singulis veniam. O quantus
ibi luctus, quanto profuse lachrymæ: Ve-
ré vox in thama audita tunc erat, plora-
tus & v lulatus multus: Rachel plorās fili-
os suos inconsolabiliter & irremediabili-
bus lachrymis, pr̄cuidens mala eis immi-
nentia. Ab hoc die, qui vultum sancti pa-
tris nostri intuitus fuisset (qui quidem an-
tea ob qualemcumq; euentum, in diuersa
nunquam mutabatur) sciuisset utiq; quæ

Matth. 2

Hie. 31.

Historia

& qualis plaga modò tetigerat cor eius.
Facies enim & color immutatus, declarabat internum animi dolorem. Circumfusa erat viro interna quædam moestitia, & horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficietur.

Tertia verò adueniente die, qua Missa de spiritu sancto in conuentu celebranda erat, ipse met deuotus pater Prior præparauit se ad illam persolvendam. In cuius tempore Missæ dignatus est omnipotens & misericors Deus, mira & ineffabilia operari. Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est. Manifestabo ergo veritatem, & non abscondam à yobis occultum sermonem. In illa conuentuali Missa, sanctissima eleuacione perfecta, sibilus quidam auræ renuis, exterius paululum sonans, interius vero multum operans, à pluribus percipitur & auditur auribus corporis, & ab omnibus sentitur & hauritur auribus cordis. Cuius dulci modulatione & sono, venerabilis pater Prior tactus, in tantam est diuinæ illustrationis copiam, & lachrymarum

Martyrum Angliæ.

rum abundantiam resolutus, quod per longam moram in officio Missæ procedere nequibat. Conuentus quoque stabant stupefactus: audiens quidem vocem, ac sentiens miram & suauem operationem in corde, nesciens tamen unde veniat aut quò vadat. Verum impleta gaudia debant viscera illo sanctissimo flatu, & benè perceperunt, quod ver Deus illic esset, qui etiam secreta sua denudabat a liquibus, diuidens cuique prout volebat. Et quemadmodum legitur in numerorum libro, ubi describitur distributio spiritus in septuaginta, quod requieuisset spiritus etiam super alios duos, qui remanserant in castris, & non exierant in tabernaculum: Ita modo apud nostros accidit, Gratiam administratā & effusam in tempore huius Missæ, participauerunt etiam fratres conuersi, existentes in capellis propè chorū adiacentibus, mira suavitate, tempore, quo & monachi. De hac sanctissima Missa, pius pater noster mentionem fecit in proxima conuentione fratrum, cum multa gratiarum actione & deuota admonitione, ut in gratia Dei permanerent, per instantes orationes, &

N. m. 11

I 5 sanctam

Historia

sanc*tam conuersationem in humilitate
radicatam, & filiale timorem. Subiun-*
xitque: Non propter me, sed propter ve-
stram sanctitatem hæc operatus est De-
us. Illic erat pia lis & concertatio, quis
humilius sentiret de seipso. Pater acci-
huebat omnia deuotioni filiorum, filij
verò omnia sanctitati & meritis patris.

Quanta autem in hac congregatiōne
post hanc diem, fuerit instantia precum,
non est me*q* possibilitatis enarrare: Quo-
modo etiam perseuerabant vnanimiter
in orationibus die ac nocte, & quomodo
prosternebant se ante summum altare
post matutinas, postulantes auxilium de
sancto, ut dignaretur Deus tueri eos. O
quoties replicauit pater Prior illam ora-
tionem Dauid : Ego sum qui peccauis,
z. re. 24. ego qui iniquè egi. Istæ oues quid sece-
runt? Vertatur obsecro manus tua in
Ioan. 17. me, & in domum patris mei. Et illud: Pa-
ter sancte serua eos in nomine tuo, quos
dedisti mihi. Taceo de multis alijs lugu-
bribus conuentionibus & actionibus, quæ
ibi gestæ fuerunt.

Interea dum hæc ita se haberent, op-
ponente sortiter patre murum pro do-
mo

Martyrum Angliæ.

mo Israël, & stante ex aduerso pro omnibus sibi commissis, & nec minis nec blan-
dicijs cedente, sed prestolante aduentum Consiliariorum domini regis, qui editū
eius exequerentur, reuerendus pater Ro-
bertus Laurens, Prior domus bellæ val-
lis, nostrę tamen domus professus, ad Lō-
donias accessit visitandi gratia, si cuncta
prospera essent erga patrem nostrum &
pecora sua : Erat enim vir planè religio-
sus, & pietate plenus. Et infra biduum cō-
tigit, & reuerendum patrem Augustinū
Vuebster, professum domus de Schene,
gerentem prioratum domus visitationis
beatissimæ Mariæ, pro negocijs domus
sue ad ciuitatem Londoniarum etiam ad
uenire : Qui diuertentes ad domum no-
stram, audierunt in quibus malis & peri-
culis constituti eramus, & quo furore ex-
arlit in nos Dominus Rex. Intimatum en-
im erat ei, quod Prior cum conuentu il-
lius domus præparabat se ad resistendū,
propter quod nimio furore agitabatur.

*De captiuitate torturaque trium
Priorum & martyrio eorum propter confessio-
nem fidei & Ecclesie Catholice.*

Caput

Historia

Caput X.



Vnc illis tribus res
uerendis patribus Prio-
ribus considerantibus ie-
ram regis esse nuncium
mortis, illam mitigare si-
comodē potuissent, cō-
muni consilio decreuerunt, vt exitum
rei committerent iudicio Dei, & illi an-
ticiparent & præoccuparent tempus ex-
pectati aduentus Consiliariorum Regis,
eundo ad dictum Dominum Thomam
Crouwel, constitutum à domino rege su-
um Vicarium in omnibus negotijs, ad
implorandum, quatenus eius interuen-
tu à regis edicto possent eximi, vel alia
quam mitigationem sive alleuiationem,
à tenore & rigore decreti in iuramenti
præstatione obtainere. Ad quem cum ac-
cessissent hi tres reverendi patres, eique
sua desideria supplicationesque humili-
mē exposuissent, nullo modo annuebat
petioni eorum, sed eos tanquam rebel-
les in carcerem turris Londoniensis re-
trudi iussit. Ad quos, cum per vnam se-
primanam ibi detenti fuissent, ipse cum
multis

Martyrum Angliae.

multis alijs ex Consiliarijs Regis deuenit, propositurus eis decretum Parlamenti, quod fuit, ut authoritati domini Papæ abrenunciarent, ipsumque falsè, violenter ac extortè usurpasse suam primariam potestatem faterentur, & omnes alias externas potestates, iurisditiones & obedientias abnegarent, cuicunq; etiam personæ vel ordini debitæ essent aut promissæ: Soli Regi suisque obtemperarent, & ipsum Regem supremum caput Ecclesiæ, tam in spiritualibus quam temporaliibus acceptarent, crederent, & affirmarent. Cumque respondissent patres nostri, se consensuros omnibus, quæ & in quantum lex diuina permiserit, subiunxit ille: Nullam exceptionem admittam, siue lex diuina admiserit, siue non: Hoc integrè, plenariè, sinceriter in corde, & cum iuramento publico in ore affirmabitis, & firmiter tenebitis. Replicauerunt nostri beatissimi patres, Ecclesiā Catholicam aliter semper tenuisse ac docuisse. Respondit ille: Non curo Ecclesiam, vultis consentire, an non: Dixerunt illi, sese propter timorem Dei non ausos contrare, ac deserere Ecclesiam Catholicam,

pro

Historia

pro eo quod diuus Augustinus dicit, se noluisse credere Euangelio Christi, nisi quia sancta Orthodoxa Ecclesia ita cum instruxit ac docuit. Tunc iussi sunt iterum recludi in carcere.

Die autem ad hoc destinato, prodigi sunt ad tribunal, ubi cum super hoc negocio denuo fuissent requisiti, penitus contradixerunt, dicentes se nullo pacto legi Dei, doctrinæ atque consuetudini sanctæ matris Ecclesiæ, vel in minimo velle contraire. Quo audito, mox electi fuere duodecim viri secundum consuetudinem iuris, qui sub praestito suo iuramento, de hac re tractarent, utrum illi tres viri, pro eo quod noluerunt acquiescere ac subiacerere decretis Parlamenti, digni essent morte an non: Qui hoc mandato habitos sententiam suam distulerunt in crastinum. Ventilata autem inter eos per totum illum diem hac causa & quæstione, contradixerunt omnes, & concluserunt innocentes fore, & immunes sanctos patres nostros a transgressione legis, sequente nullo modo inuenire eos posse tanquam reos occidendos. Interim suspicatus ille Vicarius Domini Regis, bonam conscientiam

Martyrum Angliæ.

entiam illorum duodecim virorum, vespera primæ diei, antequam palam edicerent suum veredictum, misit ad eos sciscitandi gratia causam taintæ dilatationis, & quidnam facere intenderent. Illi vero nuncio intimauerunt, tam sanctos viros sese non ausos fore, ut malefactores morti adiudicare: Qui renūcians hæc dominio suo, in iram cōcitatus, sine mora remisit ad eos dicens: Si vos eos culpabiles non inueneritis, vosip̄ morte transgressorum subibitis. Illi tamen has minas paruis pendentes, firmauerunt sermonem suum & tunc temporis noluerunt consentire. Quod ille audiens, mox venit ad eos, & per suas comminationes crudeles, cōpulat eos reddere veredictum, vel potius falso dictum suum, in condemnationē patrum nostrorum, reosq; eos condemnare lœse maiestatis. Quo veredicto, per eos in crastino propalato, data est à iudibus sententia mortis super patres nostros, eius scilicet, quæ in reos criminis lœse maiestatis dari consuevit. Et sic denuò in carcere rem detrudi iussi sunt, ubi & manserunt diebus quinque per quos multas molestias passi sunt, illisq;stantibus in magna constan-

Historia

constantia aduersus eos, qui ipsos depris-
mebant, mandatum fuit, ut ad mortem
educerentur. Supplicium siue modus
mortis (si modus dici possit, ubi supra
omnem humanum modum saeva crudeli-
tas & crudelis Tyrannis exaggerabatur)
talis fuit.

Eduicti de carcere, statim deiecti erant
super vimicillum, vulgariter Ahyrdle
dictum, & resupini huic alligati fuerunt,
toto corpore extenso in longum. Et sic
super hoc accubantes, retrò ad calces e-
orum per totam ciuitatem traheban-
tur, quo usque deuenient ad locum bu-
bali, ubi omnes scelerati plecti consue-
runt: Qui locus distabat ab illo carcere,
una leuca vel miliari gallico. Quot gra-
uamina quantosque cruciatus per totam
viam illam pertulerunt, quando modo
per turgida & aspera loca iter haberet,
modo per aquosa & lutofa, quae in via
admodum abundant, trajecterentur, quis
enarrare sufficiat? Sicque perductis illis
ad locum determinatum, sanctus pa-
ter noster primus soluebatur. Tunc spis-
culator genu flexit (ut moris est illius pa-
trię) ante eum, petens sibi indulgeri opus
illud

Martyrum Angliae.

illud crudele in eum exercendum. O bone Iesu, quis non fieret, Christi seruum si videret in tanto suppicio? Quis posset non contristari, tam sancti viri benignitasem contemplando, quam benignè & modestè allocutus fuerit suum interemptorem, quam dulciter amplexatus & osculatus, & pro eo & cæteris astantibus quam pie rogauerit? Deinde iussus est scalam ascendere ad patibulum, ubi suspensus erat, qui mitissime obtemperans, ascensit. Tunc unus ex Consiliarijs Domini Regis, qui ibi stabat cum multis milibus hominum ad tale spectaculum concurrentium, petiit ab eo, si annuere vellet regiae iussioni & decreto Parlamenti: Si veller, venia sibi daretur. Respondit constans martyr Christi: Testem in uno omnipotentem Deum, & vos omnes obsecro, idem pro me in terribili die iudicij attestari, quod hic moriturus publice, profiteor me hanc inobedientiam & renitentiam contra domini nostri Regis voluntatem, non ex aliqua pertinacia, malitia, siue animo rebellionis committere, sed solummodo ob timorem Dei, ne eius maiestatem offendam supernam, ed

K quod

Historia

quod sancta nostra mater Ecclesia aliter
decreuit & statuit, quam ipse Rex vester
cum suo Parlamento ordinauit, per quod
obligatus sum in conscientia mea, etiam
paratus & non turbatus, haec, & omnia
quaे possunt infligi tormenta, pati poti-
us, quam Ecclesiæ doctrinæ aduersari. O
rate pro me, & misereamini fratrum meo-
rum, quorum Prior fui indignus. Et his
dictis, inducias petijt à lictore, donec si-
nisset orationem suam, quaे erat : In te
Psal. 10. Domine speravi, usque : In manus tuas,
inclusuè. Qua dicta, & signo dato, euer-
sa est scala, & sic suspensus erat. Et mox
vnus astantium, antequam sancta eius an-
nima exiret à corpore, abscidit funem,
sicque decidens in terram, paululum pal-
pitare & respirare cœpit.

Tunc in aliud locum adiacentem
tractus fuit, ubi vestibus omnibus violen-
tissime extractis, nudus super prædictum
vimidillum siue traheam rursus distendi-
tur. In quem mox cruentus lictor nefari-
as suas manus misit. Primo eius verenda
abscidit, deinde ventrem eius dirupit, &
viscera vniuersa, cor quoque & omnia
interiora sua euulsi ac proiecit in igne:
Ipsa

Martyrum Angliæ.

Ipsò interim beatissimo patre nostro, nō solum non rugiente clamoribus, præ intollerabili illo dolore, verum etiam econtra per hoc totum tempus, donec cor eius erutum erat, continuè orante, & supra humanū modum patientissimè, mansuetissimè & tranquillissimè se habentet ita, ut mirarentur non solum prælides, verum etiam omnis plebs, quæ videbat. Et in ultimo spiritu constitutus ac penè euisceratus, dulcissima voce clamabat: P̄ssime Domine Iesu, miserere mei in hac hora. Et (ut fide digni viri affirmaverunt) tortori dixit, in ipsa euulsione cordis sui, bone Iesu, qd facies cum corde meo: Et hæc dicens, spiritum exhalauit. Postremò caput eius abscisum erat ac truncatum, corpus in quatuor partes disuisum. Hoc modo iste sanctus filius uester, fidelis inuentus est usq; ad mortem, reuerende pater. Migravit autem ex hoc mundo ad dominum 4. die Maij, anno domini 1535. ætatis suæ quadragesimo octavo. Prioratus vero sui quinto, tanquam pastor bonus, qui animam suam posuit, Ioan. 10 non solum pro ouibus suis, sed & pro iustitia & fide Domini nostri Iesu Christi.

Historia

Isto sancto patre ita occiso, alii duopræ nominati venerabiles patres, Robertus, & Augustinus, cum qdam religioso viro, nomine Reginaldo, ordinis sancte Brigittæ, eodem crudelissimo genere mortis ipso instatí successiuè vexati, vita hac fuerunt priuati: Quorum omnia morticina caldarijs sunt iniecta, & aliquantum lixa, & sic demum per diuersa loca ciuitatis suspensa. Et vnum brachium patris nostri ad portam domus nostræ suspendebatur: Quod quidem brachium, pendebat ibi usque post duos dies transmigrationis nostræ in Babylonem. Tertio autem die contigit duos ex nostris per illam portam transire: vnum recedendo à domo nostra, & alterum accedendo. Et dum per euentum obuiationis mutuè consisterent sermocinando, illud sanctissimum brachium decidit ad terram, nullo alio vidente, quod valde raro inuisum est propter frequentationem viatorum. Idcirco quasi pro miraculo illud nos suscepimus, & in loculo posuimus cù sanguinolento cilicio siue indusio eiusdem patris nostri, in qua martyrizatus fuit, & cum causa ipsius mortis descripta,

per

Martyrum Angliæ.

per manus sancti Vuilhelmi ex Meutve,
quam ille misisset ad reuerendum patrē,
præsidentem in domo vestra, si vita co-
mes fuisset. Loculum autem reconditum
in subterraneo loco reposuimus, donec
congreget Deus congregationem po-
puli sui, & propitius fiat. Hoc genus mor-
tis & supplicium eos subiisse, palam est:
hancque esse causam & occasionem ne-
cis eorum & non aliam, non solum te-
stantur actus & statuta Parlamenti, verū
etiam ipse sanctus pater noster. Postque
enim sententia mortis subeundæ in eum
data fuit, omnia interrogata & responsa
sua in hoc negocio, scripsit propria ma-
nu in pugillari: Quem pugillarem misit
ad patrem Vuilhelnum iam dictum, pro
curatorem domus nostræ, qui mihi mise-
ro dedit eundem, quem & ego postmo-
dum cuidam Hispano, viro probo & de-
uoto, nomine Petro de Bardis, contuli:
Qui mihi promisit, eundem pugillarem
cum portiuncula induſij sancti patris no-
stri, sanctissimo domino Papæ, aut reue-
rendo patri tunc præsidenti in domo ve-
stra, se missurum. Hæc idcirco retuli, quia
aliqui mediocris censuræ dicunt, sanctū

K 3 patrem

Historia

M

patrem nostrum cum fratribus suis conspirasse in mortem domini Regis, & ideo vltionis iustæ subiisse sententiam. Quod penitus falsum est. Et quid egemus testibus: Nos ipsi, qui viuimus, qui relinquimur, audiuimus ex ore ipsius Domini Cromwell causam. Et opposuit nobis eandem, quoties ad nos venit, sub eadem forma & cum eisdem verbis. Synceriter, integrè, & sine aliqua simulatione, iure, iurando abnegabitis autoritatem Papæ, & omnium superiorum vestrorum, sicut supra recitaui.

De trium aliorum Patrum trucidatione, & residiuorum afflictione continua.

Caput XI.



IS sanctis ita trucidatis, ob hanc quoque causam infra tres sequentes hebdomadas, qdam infimæ conditionis homines, & nullo nomine digni, ad præfatum domini Regis Vicarium accesserunt, postulantes ab eo authorie

Martyrum Angliæ.

thoritatem, plures Carthusienses illudendi & affligendi. Qua libenter concessa, concito ad nos venerunt gradu, ac tres alios venerabiles patres (qui capita remanserant) rapueré, scilicet patrem Hunc fridum Middelmore, tūc Vicarium existentem, & antea procuratorem domus patrem Vuilhelimum ex Meuwé, removum à Vicariatu procuratorem factum, & patrem Sebastianum Nendegate, sacerdotem & monachum eiusdem nostræ domus: hos tres illi immisericordes duxerunt ignominiosè ad fœtidissimum carcерem, vbi illos per duas integras hebdomadas cathenis ferreis circa colla & crura injectis, constringerunt, & alligauerunt eos durissimè, cum maxima crudelitate, erectos ad postes & columnas dorsum, absq; vlo reueamime vel solutione, pro qua cunq; necessitate facienda. Illis hebdomatibus transactis, præsentati erāt concilio seorsum, vbi interrogari fuerūt de eodē articulo ob quē pius pater noster antea pemptus fuerat. Et eodē modo eis pponebat, & patri. Cumq; se nolle decrecis & consuetudini sancte matris ecclesie contraire, constantissimè pfiterentur,

K 4 eisdem

Historia

eisdem supplicio, tormento, & morti ad*ad*
iudicati sunt, & eadem infra decem dies
passi sunt, quæ & pater. Hi tres iuuenes
erant ætate, senili tamen animo, gratia
& virtutibus pleni, præclaræq*q* prosapiæ,
& tertius eorum, pater Sebastianus, fuc*fuc*
rat enutritus in domo domini Regis, o*o*
mnes apprim*e* docti, & magnæ constan*tiae*,
audacter allegantes de scripturis
sanctis ante tribunal Iudicium, quod Rex
non potuit sibi vendicare ex debito &
authoritate iuris diuini, illam supremat*ia*
tem & primatum Ecclesiæ, quam Papæ &
Sacerdotibus tribuit Iesus Christus Do*minus*
noster: lueruntque ad morte quasi
ad epulas, suscipientes eam cum maxima
mansuetudine & patientia cordis, alacri*te*
tate corporis, & hilaritate vultus, spe vis*tae*
æternæ, Anno Domini 1535. die 19.
Junij.

A morte istorum sanctorum fratrum
nostrorum, duo fluxerunt anni, priusq*q*
plures incarcerabantur, non tamen sine
ingenti nostra tribulatione. Iam enim ad
uenerat tempus, quale non fuerat à die*s*
bus antiquis. Antea alij pugnauerūt pro
nobis, & nos filiuimus; modo vero extre*ma* ne*ce*

Martyrum Angliae.

ma necessitas compulit vnumquenque, pro se rationem reddere, & super custodiā suipius stare, omnibus alijs adiutoribus interdictis, & à nobis exclusis. Nam non deerat certamen nobis, ne vna quidem hora per quatuor continuos annos præteritos, qua à tribulationibus liberri esse potuissimus: aut foris erant asperitate pugnæ, aut intus timores, præ expectatione superuenturæ tribulationis. Mors desiderabatur, sed fugiebat à nobis. Nam tedium nos superare nitebantur. Præpositi regimini domus à captione sancti Vicarij & suorum socrorum, erant duo sacerdotes, qui sacerdotaliter secundariè & nimis inhumanè tractauerunt conuentum. Pascebant semetipsos satis delicate, sed conuentū fame & siti pauerunt. Auferebant enim cibaria ab eis, constituentes eis parum cassi, aut modicū quid tale pro almonia qualibet die: Introixerunt quoque non hebræos, sed ebrios, non à vino, sed à malitia, qui illudenter & colaphis cæderent nos vbi cunq[ue] potuerunt apprehendere: Subintroierunt & alijs exploraturi libertatem nostram. Habuimus tamen tantam fiduciam & au-

K s daciam,

Historia

daciam, quod ausi fuimus scripturis & rationibus dimicare contra talem Regem. Cumque reperissent, quod fons, qui influebat aqueductum nostrum (constanteriam dico & fortitudinem illorum, qui non ceciderunt) à parte australi extra cluitatem dirigeretur in nos (nam per gloriosum spiritus, quod est verbum Dei, & testimonium autenticorum doctorum, defendebant se viriliter fratres, parati semper ad satisfactionem omni poscenti eorum ratione de ea, quae erat in eis, fide & spe) hunc aqueductum bellantes in nos includerunt. Abstulerunt enim à nobis libros, quos habuimus in cellis nostris, ut per hoc inermes & aridi a siti efficeremur. Erant tamen non longe à muris fontes saluatoris, ex quibus furtim hauriebatur in gaudio aqua salutaris sapientiae, salvantis in vitam aeternam: cui non potuerunt contradicere, nec ipsam tollere omnnes aduersarij nostri. Et, quod omitteremus non est, quamvis aliqui nostrum ita se munierunt clypeo doctrinæ, plerisque tamen illorum plus contulerunt, & acutius ac intimius transgladiauerunt corda aduersariorum nostrorum, sancta innocentia

Martyrum Angliae.

centia & simplicitas, quibus armati, terribilis, q̄s posuerunt patres nostri, noluerunt transgredi, sed ut sancta mater Ecclesia eos docuit, hoc firmiter se tenere semper decreuerunt, & ore confessisunt.

Insuper præter omnia prædicta mala, insistebant Consiliarij domini Regis, qui cæberrimè veniebant ad nos, cum minis & adulatio[n]ibus, ut à propolito deflecterent nos, qui frequenter nobiscum tam diu in capitulo manserunt, quo d[icitur] nec vesperas nec matutinas in Ecclesia cantando persoluere poteramus, propter tardū eorum digressum, per quæ maximum temp[us] diuinum intulerunt conuentui: Præter quotidianum eiulatum, & fletum parentum & amicorum aliorumque superuenientium, qui moliebantur suis sophisticis argumentis, & persuasionibus separare nos à charitate Christi. Tunc tempus probationis & experientiæ aderat, ad quid quenque sua traheret voluptas, ad Deum, an ad Diabolum. Libertas carnalis, (quæ est vera ad Dæmonum & vitiorum seruitus) concedebatur omnibus exire volentibus: sed gratias Deo, tanta erat ibi sanctitas virtutis, constantia in animo, modestia

Historia

modestia in verbis, hilaritas vultus, alacritas in operibus, & tale moderamen in omnibus, quod conturbati sunt omnes, qui videbant eos: Quanquam Priore orbatí erant externo, & pupilli facti abs patre, vnicuique tamensua conscientia Prior erat, internè dirigens ac instruens eos in omnibus. Super quæ attonitus ille Vicarius Regis, nolens vinci à bono, quatuor ex nostris quadam die Dominicæ iussit rapi extra conuentum, dum essent in celebratione summæ Missæ, & deduci ad Ecclesiam Cathedram, ubi concursus totius ciuitatis frequentabatur, vbi etiam omnes nobiles & primates totius regni eodem die aderant, propter sermonem declamandum per quemdam reuerendum patrem & Episcopum. Quo cum nostri adducti fuissent, in loco celebri statuebantur, adhibita etiam diligenti custodia vicecomitum ciuitatis, sermonque finito, remissi erant domum. Non pertinet ad rem, scribere quæ auctoriterunt, sed hoc tantum, quod non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei, ex his quæ dicta erant à pastore ad ipsos.

De

Martyrum Angliae.

De constantium fratrum separa-

tione: De X. fratrum incarnatione & morte, *remenantia huius*
deque remenantum fratrum dece-
ptione, ut iurarent in
verba Regis.

Caput XII.

Considerantes itaq;
domini Regis Consilia-
rij cassam fore omnem
suam industriam & la-
borem, & qd nullo mo-
do peruertere eos pos-
sent, iniqua pietate commoti, separaue-
runt eos ab inuicem, emitentes tres ex
prædictis quatuor, adiuncto & alio (qui
fuisse quartus prima die, si non sacer-
dos hebdomadarius eadem die extitif-
ser) in duas alias domus nostri ordinis, in
extremis regni partibus, quarto die Maii
Anno Domini 1536. eodem scilicet die,
quo & sanctus pater noster passus est, an-
no euoluto. In hoc autem mense, & men-
se Iunij, per continuos quatuor annos,
maxime efferbuit impetus tribulationis
nostræ, quamvis & alijs temporibus non
dele-

Historia

delectabamur magnopere in multitudine pacis. Anno enim Domini 1534. prima incarceratio patris nostri accidit, in mense Maij. Eodem mense, anno sequenti, passio eius fuit facta, & incarceratio sancti patris Vicarij cum socijs suis. Tertio anno hæc præacta dispersio fratrum, quæ facta fuit non sine lamentabili prævia molestia, & perturbatione totius conuentus. In quarto quoq; anno mense Iunij, alia incarceratio decem in simul fratum, ut infra patebit: In quo etiam mense, anno secundo, passus est sanctus pater Vicarius, cum suis socijs. Et quemadmodum legitur, omnes persecutiones sancti Thomæ Cātuariensis Episcopi, ferijs tertiijs accidisse: ita & incarceratio & interemptio sancti patris nostri. Passiones insuper reuerendi patris sancti Ioannis Episcopi Roffensis, & beati domini Thomæ Mori, exequitæ fuerunt ferijs tertiijs. Pater noster cum suis, ut patet, Episcopus Roffensis, 10. Calendas Iulij, Anno Domini 1535. Et Dominus Thomas Morus sexto die Iulij eodem Anno, perempti sunt. Sed ad rem reuertamur.

Nostris quatuor ita electis & dispersis cogis

Martyrum Angliæ.

cogitauerunt Consiliarij cogitationem
pessimam, ut inferrent manum super eos
qui deserti fuerunt, quasi fuissent absque
muro, vestibus & portis. Et venerunt cū
inhante ore rapere & dispergere gre-
gem, sed benedictus Deus, qui non dedit
eos in captionem, dentibus eorum man-
serunt immobiles, firmati super petram.
Tunc miserunt octo illorū ad quandā do-
mum ordinis sanctæ Brigittæ, vocatam
Syon, distantem à ciuitate septem milia-
ribus, ut ab inhabitatibus in ea persuade-
rent, consentire Regi. Erant enim ibi mul-
ti viri famosi & religiosi certè, & isti fre-
nauerunt ac restrinxerunt audaciam &
constantiam iuuenum nostrorum, hac so-
lu mōdō occasione. Supremus namque con-
fessor ac rector illius conuentus, in extre-
mo mortis articulo constitutus erat, tem-
pore eodem, quo fratres nostri inibi exti. Hic Di-
cerunt: Qui conuocans eos ad se, ait: Ob- bolus per
secro vos benignissimi fratres, ut mihi hunc virū
ignoscatis. Ego enim sum reus, & cau- locut⁹ est
sa mortis Reuerendi patris vestri: Ego sicut olim
animaui eum ad coeptum propositum per serpē
mortis subeundæ, pro causa, qua & ipse tem⁹ Eu-
pass⁹ fuit, & vos hoc adducti estis. Modo seduxit a
tamen stutia sua

Historia

Hic eos tamen aliud inij consilium, & conuenient d. cipit tem non fore causam illam mortis sub medacis eundæ perspicio. Quibus auditis, aliqui suis, sicut ex nostris, quasi seni ac iudici populi, & falsus pro in extremis iacenti crediderunt ei. Sed pheta re domum reuerlis, renitebatur conscientia rum Dei tia, renueruntq; tunc obedire voci incans prophetæ tantis. Quod domini Regis Consiliarij seduxit, videntes, quasi sagittis paruolorum plas quemDo gati, verū sunt in furiam, & domus euer minus ad sionem comminati sunt, nisi consentient Hieroboā rent. Noluerunt per hos tres annos miti misit, tere in eos manus mortis, quām diu ita omnes adunati fuerunt. Triplex funiculus non facile rumpitur. Hoc quoque pre dictum erat nobis, à viro eximiae sanctitatis in domo nostra, qui moriebatur diu ante hoc tempus, cui tum omnipotens Deus ea, quæ pateremur, in veritate res uelauerat. Qui dicere nobis consueuit: Nolite terreri fratres, sitis vnanimes in domo & in Domino. Nunquam dominabantur vobis inimici vestri, donec dis sentieritis ab inuicem. Horum verborum veritatem iam euidentissimè experiti fuimus.

Nunc enim cecidit corona capitis nostrī.

Martyrum Angliæ.

noſtri. Diuina quippe eſt maceria : vna pars ſequebatur Hieroboam, qui peccare fecerat Iſraël, & altera adliælit domui Dauid, memorans iuſtitiae Dei ſolitus, quam diuidit à iuuentute ſua. Vna pars conuentus, viidentes anguſtiam rei periculum ſubuersionis domus imminens, & quod nihil profecerint in r eiſtendo, ſed totus mundus poſt regem abiit, tædio affe ci, commiſerunt ſe in periculo miferia cordiæ diuinæ, licet non abſque graui conſcientiarum ſuarum læſione, & cum multis lachrymis conſentientes regię voluntati: Idque ob hoc ſolummodo, ne de leretur vna tribus ex Iſraël. Acceperunt Sacramentum iuramenti, dicentes in cor dibus suis Domino dum proponebatur. Tu ſcis domine, quām falſum & iniquum ſit, quod iſti extorquent à nobis: Tu ſcis etiam, quo exceptiones, allētationes ac epikeias allegauimus & illi nobis conſenserunt: Tu insuper vides anguſtiam temporis, & quod minantur euersionem domus, ſi non conſenserimus. Sed pellem *Iob. 2.* pro pelle, & cuncta que habet homo, da bit pro anima ſua: Non ſunt facienda mala, ut eueniant bona. Cū corda omni-

L um

Historia

um nosti, & quām libenter reniteremur
eis, obsecramus clementiam tuam, ut mo-
dum istum, quem exequimur forinsecus
in positione manuum nostrarum super li-
brum sancti Euangelij, & eum osculan-
do, non respicias, neq; accipias quasi af-
firmantes simus siue consentientes regij
voluntari, sed tantummodo suscipias in
venerationem sacrorum verborum in E-
uangelio descriptorum, hanc externam
nostram simulationem, ob præseruatio-
nem domus, si tux̄ bonitati placuerit.
Hæc est qualiscunque licet friuola excu-
satio, quām pro titubantibus allegare
possum. Et certissime scio, quod re vera
ita acta sit: Sed non in hoc iustificati su-
mus, nolo recitare historiam Naaman,
nec aliud inferere de libro Baruch, ad
hanc simulationem nos inducens, ne de-
clinem cor meum ad excusandas excusa-
tiones in peccatis, sciens quod scriptum
sit: Nisi iustitia vestra præcelluerit iustiti-
am Scribarum & Pharisæorum, non in-
trabitis in regnum cœlorum.

Et hoc in veritate comperientes ra-
sidui de conuentu, noluerunt facere præ-
seruationem lapideæ domus preciosio-
rem

Martyrum Angliæ.

rem quam se, sed præponentes statim materiali domui salutem animæ suæ, cuncta quæ habuerunt, libenter dederunt pro anima sua, & nullam suscipere voluerunt redemptionem per aliquam simulacrum, sed constanter contradixerunt Regi, ut meliorem inuenirent resurrectiōnem, & domum non manufactam habērent in coelis. Numerus istius residue partis fuit denarius, tres sacerdotes, quorum unus vocabatur Richardus Beerer, alter Thomas Iohunson, & tertius Thomas Greenez, unus Diaconus, vocatus Ioannes Dany, & sex conuersi, qui fuerunt, Vuilhelmus Grenewode, Thomas Scryuen, Robertus Salte, Vualterus Person, Thomas Redyng, & Vuilhelmus Horne, omnes professi eiusdem nostræ dominus Londoniensis. Et hi omnes retrusū erant quarto Calen. Iunij, anno Domini 1537. in carcere foetidissimo, in ciuitate vocata Nenugate, ubi omnes in breui, uno excepto, propter squalorem & foetorem carceris moriebātur. Quod audiens ille prænominatus Regis Vicarius, admodum egrè tulit, duriusque vexaturum se eos, si vixissent, cum magno iuramento

Historia

affirmabat: Ille autem frater conuersus
superstes, in carcere nomine Vuilhelmus
Horne, per quadriennium ibi mansit in
columis. Tandem eductus, quarto scilicet
die Nouembris, anno Domini 1541,
morte, quam & reuerendus pater noster
passus est, & ipse finiuit vitam suam, euis
siceratus & in omnibus dilaceratus mem
bris, sique patrem sequuta est sua pro
les, inter omnes diutissimē & durissimē
vexatus, & necatus pro amore Iesu, &
pro fide sponsæ suæ Ecclesiæ Catholicæ,
potius quam falsum dicere aut iurare vo
luisse.

De duorum residuorum fratrum suspensione, & finali conuentus & domus desolatione.

Caput XIII.



Rætere dum hæc
ita circa nos agerentur,
facta est commotio ma
gna in regno, & insur
rectio vulgi aduersum
Regem: Qua sedata, qui
dam nobilis, vicinus illi domui, vbi duo
prædia

Martyrum Angliae.

prædictorum quatuor dispersorum fratrum hospitabantur, adiūt præfatum Regis Vicarium, suggesterens ei, illos duos monachos Carthusianos domus Londoniensis, quos miserat in aliam domum eiusdem ordinis, prope villam de Hulle, adhuc rebellasse, nolentes obedire Regis imperio. Quod ille audiens, dedit ei protestatem tractandi eos secundum legis rigorem. Qui desiderata & præoptata iusa completerus, adduxit eos foras in cuitatem Eboracensem, ubi coram duce Nortfulciæ, in tempore, scilicet quinto Idus Maij, anno Domini 1537. tritici rediderunt mensuram, suspensi erant in catenis, donec omnia ossa eorum ab inuicem deciderent. Horum nomina fuerunt Ioannes Rhochester, & Iacobus Vuannert, ambo monachi sacerdotes & professi ex domo nostra Londoniarum. Alij duo cum eiusdem expulsi, in aliam partem regni post integrum annum & dimidium, per visitatores ordinis limitatos & constitutos, ab ipso Regis Vicario missi fuerunt, ad prædictam domum ordinis D. Brigittæ, ubi aliqua disceptatione cum eisdem habita, incidebant tandem in il-

Historia

Iam simulationem (quibusdam episcopis adhibitis) in quam & cæteri consentientes regiae voluntati, spei quidem frustratæ innixi, vanisq; persuasionibus & promissionibus illecti, abstracti, & seducti. Promittebatur enim indelebilis inconsuetaq; stabilitas & præseruatio domus, nobis consentientibus regiae voluntati. At nullam citius deleuerunt.

Infra annum enim, postquam nos consenseramus, irritum illi fecerunt suum pactum. Omnes nanque nos expulerunt à domo, duxeruntq; in Babylonem. Numero qdem duodecim professos monachos, tres hospites, & sex conuersos professos, Anno Domini 1539. die decisima quinta Nouembris, die inquam amara valde, qua hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos, factaq; domus struthionum, lupanar, prostibulum, diuersorium scortantium, & frequentatus locus palæstrarum & lusorum. In ecclesia autem regia tentoria & arma bellica reponebantur, imagines non solum sanctorum, sed etiam sancti crucifixi cultellis conciderunt, & pedibus conculcauerunt: super altaria sancta saltana

Martyrum Angliae.

saltantes, choreis luserunt & aleis, ac alia
plura detestabilia & nefanda in illo loco
sacro, potius deflenda quam recitanda,
commiserunt. Anno tamen penultimo
transacto, mundatus est domus nostra ab
his spurciis, & data cuidam militi, no-
mine Edimardo Northe, qui inibi iam
sibi construxit palatum, de Ecclesia tri-
clinium suum fecit, & propemodum to-
tum claustrum euertit.

Hæc est summa legationis meæ, Re-
uerende Pater, & ille est somnus, quem
dedit Dominus dilectis suis, filijs vestris,
quoniam fructus est iusto. Itaque iudica-
uit eos Deus in terra, ut fructum plus af-
ferent in patientia, & maiorem gloriam
acquirerent in hæreditate Domini: quam
a Deo datam esse his sanctis suis, qui si-
dem suam nunquam mutauerunt ab eo
(quibus cooperantur omnia in bonum
diligentibus se) non ambigimus.

De reuelationibus, quibus Do-
minus sanctos Martyres suos post
mortem glorifi-
cauit.

Historia

Caput XIII.



Rætermittens autem legem & testimonia, etiam internam certificac-
nem & testificationem in

spiritu quibusdam ex nos-
tris factas, de vita & gloria sanctorum
martyrum nostrorum, paucis tangam qd-
dam miraculum, deinde manifestam vi-
sionem & aliam reuelationem, ut sciatur
in gentibus semen eorum, & germen eo-
rum in medio populorum, ac omnes vi-

Esa. 61, dentes & audiētes, cognoscant quia isti
sunt semen, cui benedixit Dominus. Qui-
dam frater erat, nomine Richardus Cro-
tes, in domo sancte Annæ nostri ordinis,
sita iuxta ciuitatem Conuentrix, qui in
breui post mortem sancti patris nostri, &
prædictorum fratrum, prægrauatus ten-
tationibus varijs, incidit in laqueum Dia-
boli, desperando de misericordia Dei,
destinauitq; se mergere in piscinam quā-
dam, quæ erat in horto conuentuali. Ad
quod perficiendum, exiuit cellam suam
qdem nonam: perueniensque ad dictum
locum,

Martyrum Angliae.

locum, voluit se statim immitttere, & non potuit: Perambulansque super ripam fluminis **huc** atque illuc, usque ad horam vnde cīmam, sēpē tentauit suum iniquum conceptum perficere, sed semper præpediebatur. Cumque conueniente ad matutinas conuentus, ipse tardaret venire, egressus est infirmarius accessitum eum, eoque non inuenito in cella, significauit Priori: Qui cum alijs veniens in cellam absens, viderunt scalam innixam muro horti cellæ suæ, per quam suspicati sunt illum fugam fecisse, hāc tamen nutu Dei unus illorum scādens, introspexit in horum conuentualem. Et ecce vidit statim circa piscinam lumen magnum, qd cum patri suo Priori alijsque astantibus indicaret, cucurrerunt illuc omnes cum festinatione. Quo ingressi viderunt fratrem ambularem in una parte piscinæ, sēpē conantem se mergere, & semper repulsum, lumenq; magnum non omnes, sed duo tantum eorum viderunt in altera parte, in qua affirmabant pro certò, vide se etiam patres nostros omnes qui passi fuerant, intromittentes se inter fratrem & aquam, quotiescumque attenta-

L s uit se

Historia

uit se immergere vel immittere. Cum vero isti approximarent ripæ piscinæ, dissiparuit lumen, comprehensumq; fratrem toto corpore trementem, vixq; loqui valentem, duxerunt in cellam suam, vbi pyra accensa, & spiritu eius aliqualiter refocillato, interrogauerunt eum, quid nam facere intendebat. Respondit ille, se perrexisse illuc, ut se immergeret, & ceterius liberaretur hac mortali vita, sciens damnatum se esse, sed non potui, ait: Tentus enim eram a quidusdam, qui me introgressurum impedierunt, & se semper interposuerunt inter me & aquam; tamen neminem vidi, nec scio qui nam erant. Reuerendus pater illius conuenitus, qui etiam huic spectaculo aderat, propalauit hoc quibusdam fratribus in domo nostra, addens insuper eundem fratrem liberatum fuisse immadiare a grauissima sua tentatione.

Modò ad reuelationem uento: Duo erant fratres in nostro claustrō: Londoniensis, pio & familiari amore adunati. Contigit autem vnum illorum, nomine Robertum Fabri, in brevi post mortem Reuerendi patrii nostri decidere in le-

ctum

Martyrum Anglix.

Etum ex infirmitate, qua denique & mor-
tuus est. Ad quem ægrotantem accessit
alter, nomine Ioannes Darley, sibi valde
familiaris visitandi gratia, qui inter cete-
ra dixit infirmo. Dilecte frater, viam vni-
uersæ carnis iam pergis, te intimè obte-
stor, qd quando benè tibi fuerit, huc re-
uertaris Deo ita disponēte, & indices mi-
hi quid actum sit cum patribus nostris, &
in quo statu sint. Respondit alter se factu-
rum quod petierat, si ita fuerit voluntas
in cœlo. Post vnam septimanam apposi-
tus est infirmus ad patres suos, iamque
quintus dies post eius obitum aduenit, &
alter frater, qui viuus erat & incolumis,
deambulabat in cella sua circa horam
quintam in aurora, orans & quid salubre
ruminans in mente sua. Apparuit subito
frater, qui erat mortuus in veste candi-
da, & factus est socius itineris. Qui requi-
sus, quis esset, respondit: Frater vester,
qui tali die migravit ex hac vita. Inter-
rogatusque quomodo secum esset, &
cum patribus nostris, Benè (ait) mecum
est. In cœlesti gloria sum, fruens Dei vi-
sione gloriofa, Gratias ago Deo meo:
sed in multo minori & inferiori gloria
sum

Historia

sum constitutus, quām patres nostri, qui
passi sunt. Illi enim sunt in magna gloria
pro martyrij palma coronati. Et pater
noster Prior huius domus, habet vnam
coronam præ cæteris splendidiorem.
Hoc dicto disparuit.

Hæc visio postmodum relata fuit
Consiliarijs domini Regis, qui accesso
fratre, cui ostensa fuit, post multas inqui-
sitiones & exprobationes comminati
sunt ei, ne cuiquam eam intimaret, yestre
tamen fraternitati illam retuli, quo cer-
tiorem eam facerem, de gloria retribus
tionis eorum in hæreditate Domini, tas-
met si illa per legem magis & testimonia
innoscere queat, cum passi sint pro ve-
ritate & iustitia, cui ex debito promissio
nis diuinæ debetur regnum cœlorum: de
qua iustitia dissonum est me loqui, cum
sim iniustus & eam dereliqui. Et certe si
erubescere possem, & mihi non esset cor
prauum & malignum, immo diabolicū,
mihi præ dolore & confusione magis li-
beret plorare, quam scribere, consideran-
ti, vbi sum & vbi non sum, quæ habeo &
quæ amisi, quod tendo & unde excludor.
Sed condoleat obsecro sanctitas vestra
misericordia

Martyrum Angliæ.

miseriæ meæ, & subueniat mihi apud al-
tissimum suis sanctis orationibus, ne Do-
minus erubescat me, cum venerit in ma-
iestate sua corā Deo & angelis suis, quem
ego multipliciter erubui, & enormiter
inhonoraui prauis actibus meis: Et con-
stituat mihi locum habitationis in domo
N. (cuius reuerendi patris Prioris, & de-
uoti conuentus importuna interpellatio-
ne, hoc scribendi onus assumpsi) vbi re-
condam & tegam perfecta pœnitentia
pullos meos, quos genuit mihi miseria
mea in terra captiuitatis meæ, & recupe-
rem annos per gratiam Dei, quos come-
dit locusta in iniquitate & malitia mea.
Idem opto pro quodam deuoto fratre,
nōmine Ioanne Perdon, qui simul me-
cum peregrinatur in terra aliena, hospi-
te in domo nostra Londoniarum, tempo
re ipso dissolutionis: & pro quodam fra-
tre conuerso, nomine Hugone Taylour,
eiusdem nostræ domus Londoniarū pro-
fesso, qui mecum huc aduenit. Et hoc
munus non sculptum & politum, sed in-
sciolum & agreste, non de manu offe-
rentis aurum vel argentum, aut lapides
præiosos, sed de vitulo nouello, cornua
produ.

Historia Mart. Angliæ.

prōducente & vngulas, placido ac seruo
no vultu accipiat queso benigno animo.
Valeatque reuerenda Paternitas vestra,
quam seruet incolumem cum omnibus

suis in vitam æternam pius & misericors

Iesus Christus Dominus noster,

minus noster,

Amen.



EPILO

EPILOGVS.

HAEC habui, quæ in præsentiarum de sanctis illis Martyribus commemorarem, summa tantum rerum secutus fastigia. Nam singula ad longum referre, quæ ipse quidem non ex alijs accepit, sed præsens comperi, quorumque omnium pars ego magna fui, nimis & mihi & lectori fuerit tediosum, cui rei gestæ historiam simpliciter oculos ponere, non lôgis ambagibus vel exquisitis commentarijs onerare visum nobis fuit. Illud tamen velut auftarij vice adiiciendū putaui, quod nemo eorum, qui nobis perni ciem, exitiumq; machinati fuerant, diu superuixerit, diuturnamque voluptatem ex suis istis facinoribus perceperit: cum non multò post omnes vel violenta eacq; ignominiosa morte perierint, vel alioqui ad summam egestatem peruererint, inq; extremas vitæ humanæ calamitates inciderint. Nam ipse Thomas Cromwel, Vicarius Regis, infra biennium à nostræ profligationis tempore propter crimen Iæsæ maiestatis, capite mulctatus est. Custodes vero domus nostræ, ad inopiam & mendicitatem relabentes, miserè vi tam suam finire. Icem mulier quædam

ex

Historia

ex contemptu & pertinacia Ecclesiam nostram ingressa, nobis sacrum facientibus, infra quintum diem infelicitter, hoc est, in magno acerbissimorum cruciatuum dolore expirauit. Adeo verum est, quod ait Psalmista: Præciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, ut quæ & finis sit laborum, & victoriae consumatio, aditusque & ianua ad vitam sempiternam. Sicuti est contrario mors impiorum pessima est, quorum & natiuitas malæ, & vita quidem tanto peior, quanto ipsi sanctis martyribus insuper coelesti gloria constitutis, post decursum iusti afflictæ militiæ spaciū, sunt inferiores, quippe quorū meritis ipse Dominus Deus, tanquam iustus iudex, æterna destinavit supplicia, idque in ipsa flagrantis infernæ gehennæ abyssō, à qua vos misericorditer tueri non dedignetur Dominus noster Iesus Christus, vnicus nostræ salutis reparator, Amen.



Preca

Præcatio.

O pie cunctorum pater & miserator Iesu,
Largifluus que omnis fons & origo boni.
Qui clipeo fidei confirmas corda tuorum.
Ut sanctum celebrent nomen ubique tuum,
Despiciantq; vndas, ferrumq; ignesq; crucesq;
Verbera carnificū, vulnera, probra, neces.
Dummodo persistint precioso in amore perennes,
Quo mens ardescit tota sacrata tibi.
Nos quoq; magnanimos pre te contemnere müdi
Omnia, perficias seu bona siue mala.
Ut cum martyribus quondam fœliciter istis,
Contingant nobis gloria, vita, decus.

Carmen insigne, de institutione ordinis Carthusiensis.

In solidum, sed grande tamen cunctisq; tremendū,
Iudicium in terris prodidit ecce Deus.
Doctrina vitaq; simul clarissimus olim,
Doctor obit funus maxima pompa colit.
Dumq; sacerdotum solennia personat ingens
Turba, Caput feretro protulit ille suum.
Voceq; terribili se se (est res mira) professus,
Iusto accusatum iudicio esse Dei.
Examisq; iterum, finita hac voce recedit,
Obstupuere onnes ac timuere nimis.

M Quare

Quare aliam statuere diem qua corpus humetur,
Adsuic hic sapiens, insipiensque simul.
Dumque alius mirans, alij noua gesta recenset,
Exurgens iterum, si budit ista dolens.
In iusto latae Dei de me est sententia nostri
Iudicio, his dictis vita repente fugit.
Obliguerere omnes, dubiisque ad verba sequentem
Usque diem seruatum, ossa tegenda viri.
Fama volat, dives, pauper, iuuenesque senesque
Accurrunt: funus iam sepelire parant.
Tunc alto moestoque simul clamore profatur,
Iusto damnatus iudicio ipse fui.
Hinc Bruno sex suasis socijs, deserta petiuit,
Ductor ad hoc arctum religionis iter.
Quos prius in somnis septem per sidera Hugonis,
Dignatus Deus est prodere Pontifici,
Qui Carthusiacos montes his ceperit amice,
Inclita nunc quorum sanctaque fama viget.

Sapphicum Carmen.

Sebastiani Brant. LL. Doctoris,
de laude ordinis Cartusiani.

Spiritus sancti mihi gratiam dedit
Summe cœlorum moderator omnium
Ordinis laudes valeam sonare
Carthusiani.
Ecquis

Ecquis ad vitam leuius beat am,
Quis ué secure, citius ué tendit
Tutius quis nam sua fata arheiat
Carthusianus.

Bruno tu felix merit o sereris,
Qui viam latam fugiens suuistre,
Arripis de xtram, prior atq; factus
Carthusianus.

Abdito querens socijs receptis
Ut loco degas, ercenum legebas,
Hortus insignis duce te rigatur
Carthusianus.

Spernis haec mundi, bona que pitantur:
Præteris cleri tumidos honores:
Quos queas plures habuisse, factus
Carthusianus.

Tu sacri iuris fueras peritus:
Pagiæ sanctæ docilis magister:
Charus et multis, nihil ista pendis
Carthusianus.

Inter anfractus, dubiasq; mundi
Semitas: arctam pere grē capescis
Et viam certam propere insequuntur.
Carthusianus.

Addo quod papam variasq; pompas
Curie tennens: Calabros adisti,
Hos doces normam, struiturq; turris
Carthusiana.

M 2 Nullus

Nullus obstabat labor aut grauamen,
Quo minus semen iaceret salutis,
Corda fœcundans, bonus iste miles
Carthusianus.

Bruno tum dcmum venerante claudis
Ultimam vite, per agisq; metam:
Pace transmigrans superas ad aulas
Carthusianus.

Regulam linquis satis eminentem
Patribus multis placidam sacratis.
Pontifex summus probat & decorat
Carthusianos.

Arce nec celsa potuit latere
Ciuitas, lumen modio tegi nec:
Crescit, & passim procul auctus ordo
Carthusianus.

Non rigor quoniam Scythiae, aut Canopi
Accolis maior, Nitriæue montis:
Quam seruent casti modo, sobrisq;
Carthusiani.

Hactenus nunquam fluvio perherui
Deserit fontis veteris saporem,
De gener nunquam fuit ordo visus
Carthusianus.

Vos odor Christi bonus, aggregatus
Ex cœnobitis & anachoretis,
Plane Baptistam tamen emulantes
Carthusiani.
Mandu

*Mundus haud dignus fuit, ut teneret
Abditos cellis crenum colentes,
Pellibus cinctos capreis, melotis,
Carthaginiens.*

*Lugcent quamvis spacio momenti,
Et licet semen iacent gementes,
Attamen laeti veniunt maniplis*

Inclytos fructus parit & suaves
Arbor, hanc vitem probat hortulanus;
Palmites que fert viridantis vne

Sabbata & foedus Domini tenetis,
Estis eunuchi Domini volentes,
In domo vobis locus est herili
Carthusiani.

Vnicus testi tuguriq; custos,
Perigil passer, meditans columba,
Et Pelicanus, eremi colonus
Carthusianus.

Turtur ò Christi speciose, mœrens
Tu gemis sponso viduate charo,
Fronde non curas viridi cubare

Carthusiane.
Respus quicquid iubeat voluptas,
Balneum vitas, teneros amictus,
Caribus vesci fugis, abstinendo,
Carthusiane.

Ipse non queris hominum diem, ne
Arrogas laudes populi caducas,
Gloriae spernis stimulos inanes
Carthusiane.

Vnius flocci patriam, parentes,
Liberos, fratres, facit et sorores,
Atque fortunae bona cuncta tenunt
Carthusianus.

Sæculi sordes fugit et prophanaat
Et suam vitam nubilista curat,
Dulce nil Christo sine, nil amorem
Carthusianus.

Qui iugum lætus teneris ab annis
Pertulit, solus sedet et tacebit,
Se super gaudet fore se leuatum
Carthusianus.

Veste procedit citò nuptiali
Obuiam sponsō, manibus nitentes
Lampades gestans, oleo decoras
Carthusianus.

Excubat, longas meditatur horas,
Crastinæ nullus labor est diei,
Quidue manducet, bibat aut fructus
Carthusianus.

Insuper carnem violent domando
Incolunt cellas, vigilant, precanur,
Abstinent, corpus maceratum flagellis
Carthusiani.
Vnius

Vnius iussum tolerant Prioris
Quicquid mandat, peragunt volentes,
Præcipit si quid grauius, faciunt
Carthusiani.

*Rarior casus, facile inde surgunt,
Parvulos petræ propere atterendo;
Baltheo lumbos, veneremq; strigunt
Carthusiani.*


Carthusiani.
Id quod elongans facit hos subire
Claustra deserti fugiunt, manentes,
Milites Christi lachrymis vacando
Carthusiani.

Sint licet plures populo scrantes
Pabulum, pauci faciunt, sed eheu
Quæ docent solus opere ista monstrat
Caribusianus.

Recte felicem, penitus beatum
Teque perfectum, sine labore dicam,
Iam Vale nosiri memor ordo sancte
Carthusiane.

FINIS.





Candido Lectori.

HAbes hic, si nostra hæc infelicia tempora, imò potius infaustos priorū temporum fines, præsentibus diuinis miraculis dignos censes, recentium sanctissimorum Martyrum cōstantiam verè miraculosam, ne quid tibi desit in his rerum turbis, quod pro Catholicæ fidei firmamento emergentibus subindē nouis impietatibus opponas. Illi, q̄rum virtute accensi sunt ad omnem pietatem fideliū animi exempla. Hic enim non sub infideli aliquo, seu ethnico Tyranno vitam amittunt sancti Monachi, neque pro ipsis fidei articulis extrema ista patiuntur: Sed sub eo Rege qui non ita pridem ob singulare in Catholicam religionem studium, autis maiorum titulis summum ornamentum addiderat, Defensoris videlicet Catholicæ Ecclesiæ insigne: sed & ob eam tantummodo causam quod ne priuata quidem assensione in illius Ecclesiæ, cui semel in Baptismo nomen ac professionem dedit, leges atque statuta iniurijs esse voluerint. Deum immortalem, q̄s animos vidisses, quæ pectora, si de illis respondendum

M 5 dendum

dendum fuisset, quæ nunc Sathan; effreni
sua libidine vleerius progressus, nos
impugnat modò, sed euertit penitus,
summis religionis Christianæ capitibus,
Sacramentis, cæremonijs: Qua fronte
putas bellos istos Regiæ superbiæ admi-
nistros excepissent patres hi grauissimi,
si ad rituum sacrorum conculcationem,
ad legis verbiq; diuini adulterationem,
& eam quæ nunc passim Ecclesiam per-
sequitur extremam impietatem fuissent
sollicitati: Verba credo defuissent missis
oratoribus, & animi carnificibus, citius
quam vel renitendi promptitudo, vel
patiendi voluntas sanctissimis viris. De-
um itaque precare quisquis es autem pie-
tatis cultor & amans, vt te quoque in ijs
quæ ad suam, Ecclesiæq; suæ dignitatem
spectant, firmum & constantem seruet
ac tueatur: Sed & Martyres hosce san-
ctos tibi aduocatos deposce, vt recentis
huius meriti in tui quoq; cordis agrum
aliqua gratia deriuetur.

Cæterum te hic admone ndum dus-
ximus nostri consilij, quare cruento isti
sanctorū Martyrum certamini hanc Sco-
ticæ proditions historiam subiunxeri-
mus, quæ cū priore narratione nihil ad-
modū commune habere videtur. Verū
quidem

quidem est, si vel causam species, vel rei
gestæ seriem, non omnino hæc conue-
nire ita, ut pro exemplis vna in re poni
debeant simul. Neque enim hic qd ver-
ba minæque non exprimunt, carnificina
vlicscitur: Sed pestilens regni cupiditas
arma in Reginam subministrat innocen-
tem, & efficta religionis species iustum
excudit legitimi magistratus imperium.
Additur autem hoc exemplū ea ratione
vt artes pateant Diabolicæ, diuersis qui
dem modis usurpatæ, ad vnum tamen
destinatæ finē, Ecclesiæ videlicet, mem-
brorumque eius afflictionem. Quæ quod
in sublimiores incidit, sanctioresq; per-
sonas, eō & maior & horribilior habe-
tur non immeritò. Nouerat iam humani
generis hostis, Henricum Angliæ Re-
gem, ad omnem Catholicæ Ecclesiæ v-
sum, non modo prudentia & doctrina,
sed & fortitudine, potentiaque ita esse
præparatum & munitum, vt nullo peri-
culo excipere posset omnia, quæ immite-
rentur peruersæ religionis tela, atq; non
excipere solummodo, sed & magna dex-
teritate in authores retorquere. Exper-
tum habuit in Luthero, quam inquietum
staret Regium pectus, si religionis ac pie-
tatis labe sollicitaretur.

Aliam igitur,

cum

cum hac non succederet, demoliēdi tam
sublimis fastigij viam sibi arripit: sua-
dendæ scilicet probandæque talis alicu-
ius arrogantiæ occasionem, qua conce-
ptæ iam libidini suæ satisfaceret. Erat
hoc inauditum priscis sæculis, diuortij
confiliū, quo reiecta Catherina Austria,
sæminia qua vix habuit nostra ætas in
omni fortuna modestiorem ac sanctio-
rem, aliam sibi iungeret masculæ proli-
feracem, neque tamen sufficiebat, hoc
cupido iam nouæ nuptæ Regi esse per-
suasum & gratuim, nisi mentem quoque
eriperet infensissimus hostis, eo solo præ-
fidio subnixus, si conculcata sacrarum le-
gum reuerentia, superbū, arrogantemq;
reddere posset, quem non latebat ab Ec-
clesiæ authoritate fortiter stare. Quam-
diu autem Roffenses dehortarentur, dis-
suaderens Mori, seque opponerent in-
trepidi isti Carthusiani, non patebat in
Regiam aditus pellici. E medio itaque
sustulit importunos refractarios Rex, vt
libera versaretur fronte cum noua uxo-
re, quā aspicere bona cōscientia boni isti
viri nec potuissent, nec voluissent etiā.
Patitur hoc modo Ecclesia in Rege suo
defensore horribilem defectum, proque
reuerentia & cultu alapas recipit & des-
pectum:

Spectum: patitur in membris suis inno-
centibus Monachis, & in quibus magnū
illi erat præfidium, iam vulnera conspi-
cit, & lanienam plusq; barbarain.

Atque hæc quidem Sathanæ con-
silia quā Angliæ pestem intulerint, testa-
buntur fortè post præsentes calamitates
extrema huius regni pericula. Memora-
bilis certè hæc Ecclesiæ persequutio, &
Regem ipsum officio deiecit, quod pro
religione instituerat, longè saluberrimo
& clerum afflixit crudelissimè. Qua qui-
dem communis salutis osor satisfecisse
sibi videri potest meritō, quod hac occa-
sione hæreses introductæ sunt, non ita
facili negocio compescendæ. Scoticum,
quod sequitur, prodictionis exemplum
vnius quidem capitis, Reginæ optimæ
periculum narrat, sed quia in eo pluri-
morum salus & patrocinium conquie-
scebant, grauissimum illud erat in istis
partibus Ecclesiæ damnum, & quasi ex
vnico iuctu extrema regni pñicies. Quem
si non fecissent ex sententia noui Euan-
gelij tutores, actum iam videbāt de alijs
tragœdiæ suæ initij. Reginam igitur
aggreduintur scelerati perduelles, vt cū
eo capite rotum Catholicæ religionis in
Scotia asylum deijcerent; magistratus iu-
gulum

gulum petunt, ut sublato iudiciorum at
pecnarum terrore latrocinarentur impu
ne. Nec tamen sola iuisset hinc ad super
ros Regina: deputati erant plurimi co
mites, quotquot scilicet non probaturi
viderentur impios istos furores. Quia qui
dem ratione Anglicanam persequicio
nem adæquassent fortasse Scotti perdu
elles, idemque erant utrobique in Ca
tholicos efferati animi, acutique gladij:
capitum tamen regiorum discrimen non
vnum. Anglus certè in carnis gratiam
præsentem animæ morbum admittit:
Scota pro animi & Ecclesiæ imperio de
vita & sanguine periclitatur, ambo ab
vno tamen eodemque hominum gen
re, nouæ Evangelicæ libertatis asserto
ribus. Regem etenim interuertunt ini
pia hæreticorum consilia: Reginæ vim
inferunt perduelles subditorum manus.
Vtriusque lateri stipatores designan
tur Martyres, qui precedant subsequan
turque, ast via non vna. Metuendum
enim ne aberrauerit Rex à semitis ad vi
tam, quæ sibi Martyrum sanguine nota
uerat. Metuendum certè ne usui non
fuerit illi Theseidum filum, quod præ
missi ad cœlos Martyres manu tenue
runt, Reginā autem suam expectant pro
cul

culdubio in lætis illis paradysi campis
perempti Scotti Catholici, qui vel sub o-
culis Reginæ vitam ad patrias aras pro
religione profuderunt, vel
post varijs tumulti-
bus sublati
sunt.



Prodi-

Historia Scoticæ PRODUCTIONIS

AB ALIQUOT SCOTIAE PER-
duilibus, aduersus serenissimam Reginam non
ita pridem perpetratae, itemque diuinæ vltionis
geminatam istam horrendam impietatem sequu-

tæ, breuis & simplex narratio ex amplifi-

simi cuiusdam viri literis fi-

deliter descri-

pta.

Fox G. et al.
Hinc regi. Arch
Anno 1566
conditum



Ntellectum est à multis, quod anno superiore Comites de Mora & de Arguilles, cum nonnullis Scotiæ nobilibus & optimatis bus à Serenissima sua Reginâ specie Religionis denuo defecerunt. Cumque res eo tandem recidisset, ut vtrinque armis sumptu essent, perduelles vel indignissimi sceleris conscientia debilitati. vel suis & suorum viribus atque animis diffidentes in Angliam perfugerunt. Postea illi gratia & deprecatione Reginæ Anglicanæ vli, de redditu in Scotiam cogitarunt, & hoc sæpius impetrare sunt ad-

nixis

prodigionis.

mixi, ut postquam de sua culpa & maleficio confessi essent, patriæ, fortunis, honoribus, in integrum denique restituuntur. Sed Serenissima Scotiæ Reginaties ab illis delusa, eorum verbis & pollicitis fidem amplius habere noluit; statuitque (prout meriti videbantur) de tribum Regni ordinum consensu ac consilio pœnas recidiuæ perduellionis reposceret. Hoc cum illi animaduertissent, Regis animum tentare ac permouere coeperrunt, & (ut homines facile ambitionis impotenti cupiditate occœcantur) cum eo pacificationis aliquot conditiones, & tamquam *swā Māyūā* quoddam, clam Reginam, inierunt:

Erant autem mutui fœderis leges huiusmodi, quod Rex præteritæ rebellionis culpam illis condonaret, bonis & muneribus eosdem redderet, antiquam & catholicam Religionem ipse omnino abnixeret, eaque toto Regno extincta, Calvinismum inuehendum curaret: viscissimque illi se esse facturos ac præstitus pollicerentur, ut Rex (si Reginam sine liberis decedere contigeret) iam inde non Regni hæres & successor modò.

N dices

Historia Scoticæ

diceretur, sed etiam ad eius familiam ita
successionis, repulso Reginæ genere de-
uolueretur. His pactionibus ita utriusq;
constitutis, cùm interim Regina istarum
rerum nescia, trium ordinum conuentus
ad initium Martij superioris coëgisset,
Rex summam benevolentiam & volun-
tatem uxori sue ostendebat, omnemque
in Religione antiqua, quoad fieri posset,
restauranda, perduellibusque puniendis
operam & constantiam spondebat. Pri-
mum in Comitijs negotium Religionis
tractatum est, & communī voce ac con-
sensione omnium ordinum exercitium
antiquæ pietatis passim Episcopis & Ec-
clesiæ pastoribus concessum. Deinde
perduellum causa publicè agenda & di-
sceptanda sequebatur. Sed pridie quam
id fieri debebat, id est, decima die Mar-
tij, hoc tragico, atrocique facinore tra-
ctatio interrupta est.

Aedimburgi Rex & Regina Scot-
iæ vna cœnabant, multis ex nobilitate,
& ex aulico comitatu primarijs viris (vt
in Regijs Principum honoris gratia fieri
solet) circumstantibus. Sub horam septen-
tam domini de Lunej & de Lindsan,
& Co.

prodictionis.

& Comes de Morton, qui paulò ante a
Regina bonis & famæ fuerat restitutus,
ac præterea Cancellariatus munere co-
honestatus, alijque complures armati in
coenaculum irruperunt. Primo impetu
in oculis Regis & Reginæ quendam Se-
cretarium, nomine Dauidem, hominem
propè quinquagenarium, sexaginta vul-
neribus perfoderunt. Eum vel ideo inui-
sum præter cæteros habebant, quod in
Religione antiqua & Reginæ seruicio
ac obseruantia constantissimè toto dese-
ctionum tempore perseverasset, summa-
que prudentia, & vsu rerum Scoticarū,
quo valebat plurimum, perditis factioni
bus obstitisset. Hac cede perpetrata, om-
nibusque qui aderant territis, Reginę di-
ra & atrocia queque minitantur: quodq;
longè indignius fuit, conuiciando, pul-
sando, grauidam, metuq; penè conser-
natam in cubiculum, tanquam in carce-
rem detrudunt, & octoginta milites cu-
bliculi foribus apponunt, qui famulos &
famulas aditu ad Reginam prohiberent.

Trium noctium & duorum dierum
spacio Regina ita arcte conclusa & asser-
uata, cum interim Comites de Mora &

Historia Scoticæ

de Arguilles, alijque transfuge ex Anglia in urbem appulissent, perduelles de toto factionis & machinationis suæ negotio cū Rege seriò colloqui & agere cœperunt, aperteque denunciare, Reginam confestim de medio esse tollendam, & adulterij causam comminiscendam, huicque particidio velando prætexendam: Catholicos omnes aut simili ter interficiendos, aut aliquot interfici reliquos Regno profligandos : Missam abolendam, & Euangelicam doctrinam (sic enim lubet illis appellare Calvinismum) diligentissimè, seuerissimeq; confirmādam. Quæ cum perfecta essent, tum demum se illum pro Rege admissuros, & omnem illi porestatem ac authoritatem concessuros recipiebant. Eamque spem vt firmius illi injerent, quædam edicta sub eius solo nomine sanciri, & palam per Vrbis compita promulgari voluerunt.

Enimuero Rex siue prodigionis crudelitate obstupefactus, siue quod eō audaciæ perduelles nunquam fuisse progressuros existimarāt, vel etiam qd idem periculum sibi ab istis impendere prospiceret,

prodictionis.

spiceret, longè satius videri respondit, antequam quid aduersus Reginam taretur, ut capita Religionis probanda & subscribenda ei proponerentur. Itaq; à perduellibus eam prouinciam suscepit, ut Reginam accederet, ab eaque partim minis, partim precibus assensum extorqueret. Rex in cubiculum vxoris ingressus, flens de sua culpa ingenuè confiteri, & identidem veniam sui peccati, quod grauissimum esse non inficiabatur, velut supplex implorare cœpit, posteaque totam conspirationem aperire. Ac inter cætera, hoc perduellibus constitutum fuisse dixit, ut Iametio Balfour, & dominis de Flamy & Leiston ceruces amputarentur, multi ex primoribus cæderentur, & ex nobilissimis Reginæ puellis nonnullæ in profluentem projicerentur. Tum vero Rex, etiamsi ab illis & Regni obtinēdi, & benevolentiae cum Regina Anglicana conciliandæ, summo rumque auxiliorum spe lactaretur, tamē se intelligere affirmauit, quōd tandem sua opinione, eorundem perfidia, non solum deiçeretur, verum etiam in simile capitis sui periculū cum Regina uxori.

Historia

re veniret. Sed iam se cogitare, quemadmodum illas insidias, quae sibi & vxori struantur, effugiat,

Regina ubi coniurationis mysteria cognouit, maritum suum hortari & rogare coepit, ut ad socios rediret, sequente facilè adductam renunciaret, ut eorum postulatis omnibus subscriberet. Sed tamen quod hæc decreta maioris in posterum momenti & authoritatis essent, neue per vim & minas ab ea, quæ velut in custodia teneretur, expressa & extorta putarentur, iisdem Reginam aliquantulum laxandam, & milites dimicendos suaderet. Rex ad perduelles, qui responsum cupidius expectabant, illico reuersus, docuit se propensum Reginæ animum, & ad omnia, quæ peterent, ultra concedenda facilem comperisse: sed tamen se consulere, ut illa paulò laxius & liberius, ad vnam duntakat noctem haberetur.

Ea de re inter illos diu multumque deliberatum est, cum alij non esse Reginæ occidendæ amittendam occasionem censerent, alij si id fieret, populi arma & motus pertimescerent, alij prius omnino Reginæ

proditionis.

Reginæ consensum exprimendum sua-
derent. Quare tandem Regi permisum
est, ut ipse remotis militibus, suæ vxoris
custodiam vnius noctis spatio in se reci-
peret: idque propterea est ab illis indul-
tum, quod Reginam ita deplorata & af-
flicta valetudine esse audiebant, ut vix
eam noctem integrum esset transmissura.

Depositis ergo perduellium satelli-
bus, & sub medium noctem aliquot ex
Reginæ præstdiarijs custodibus intromis-
sis, Rex Reginam extra castrum Aedim-
burgi secum vñā cum tribus nobilibus
eduxit: cumque in Equos ascendissent,
reliqua nocte ita eorum cursum concita-
runt, ut sub auroram ad munitissimam
Dombarij arcem peruaderent.

Hac ratione Serenissima Scotiæ Re-
gina perduellium cruentas manus, præ-
sentissimumque mortis discrimen decli-
nauit. Postridie cū id perduelles cognos-
cissent, suam omnes imprudentiam gra-
uiter increpasse feruntur, quod se vnius
mulieris promisis & verbis deludendos
esse non præsentissent, & interea rei be-
né gerendæ eam occasionem amisissent,
quæ nunquam sese oblatura esset. At

N 4 nihil.

Historia Scoticæ

nihilominus quantos maximos possunt,
suæ factionis hominum greges collegere, vt & Regi, cui jam se quoque infensos esse ostendebant, & Reginæ, si quid moliretur, obsisterent, suamque conspirationem corroborarent.

Sed notandum est, eo ipso die, quo Regina in custodiam coniecta est, aliquæ clarissimos & fidelissimos eius Serenitas Clientes, & in ijs Comites de Boduel, Hontlay & Athel, per fenestras euasisse, breuique tempore ad Dominam & Reginam suam liberandam ferè nouem hominum millia confecisse, quorum auxilio perduelles ipsos in Angliam eiecerunt, & Reginam Aedimburgum reuocarunt, vbi de aliquot ciuibus conspirationis huiusc sumpta supplicia fuere.

Hoc exemplo (siquidem bene facili citerque cum illis agitur, qui alieno periculo & infortunio cautiores sunt) hoc inquam, exemplo, quod usque adeo portentosum posteris videbitur, vt vix ea immanitate homines inuentos suisse (nisi ad temporum nostrorum crudelissima quæspectacula respiciant) sint unquam.

prodictionis.

quam credituri, Reges & príncipes ad-
moneantur, vt infidias & machinatio-
nes, quæ religionis velo teguntur, tan-
dem aliquando denudent, meminerint.
que quid à viginti annis Calvinismus
mali & detrimenti orbi Christiano im-
portarit. Fas sanè huiusmodi Scholæ ho-
mines esse putant, quiduis in Reges &
Principes suos machinari, de eorum iure
ac autoritate indies aliquid conuelle-
re, ac dummodo Euangelium (speciosus
nimírum & popularis prætextus) obten-
datur, recta & occulta sua esse consilia &
maleficia, neq; à quoquam redargui pos-
se sibi persuadent. Sensim sese primò in-
sinuantes & quasi irrepenetes, vnam con-
scientiæ libertatem sibi dari postulant:
at vbi inualuerunt, viresque crescendo
acceperunt, non eandem ipsam vitæ &
Religionis libertatem solum, sed etiam
vitam & dignitatem Regibus & Princi-
pibus suis eripere conantur, vti nuper
admodum quidam Calviniani furoris
patronus publicè edito scripto Orbi le-
gendum proposuit: Regum videlicet
mortibus Euangilio aditum patefacien-
dum suisse. Cuius quidem sceleratè cupi-


N 5 ditatis

Historia Scoticæ

ditatis immanitatem non ita multo post
ijdem, post effracta semel mentis ac con-
scientiæ repagula, Scotti perduelles in
Reginam suā denuo exercuerunt. Quam
post mariti noui Regis obitum captam
Angliæ Reginæ tradunt, non solū pro-
pter hæreditarium quoddam odium ini-
micæ, sed etiam ob diuersum religionis
studium infensissimæ. Ita nimirum con-
silia sua nequit infernalis draco, ut etiam
diuersissimos quoque ad tempus collis-
gat, dum persecundæ Ecclesiæ occaſio
vlla affulget. Hic Scotos ad Anglicani
auxiliū pedes deīicit, quod olim saluis fi-
dei rebus summopere fuisset dedecoro-
sum. Sic Reginam per proditionem tra-
dunt, opem ambientes sceleri, cui perpe-
trando patrium non sufficiebat solum.
At vero non diu tulit inultum hoc, qui
creptæ per summam impietatem Coro-
næ dignitate aliquandiu superbiuit: po-
nas scilicet persoluēs in itinere dum Re-
gine facta illi liberationis spe eo animo
insidiaretur, ut ei quam antea post omnes
injuries solam reliquerat, vitam miserā
auferet. Atque hoc quidem per Scotiam
datum est religioni ac legitimo magis-
tratus

prodigionis.

strati vulnus. Subiungamus huic tertiam
in foelicis huius seculi exemplum, Gal-
liarum, nobilissimi regni recens
adhuc in religione
naufragi-
um.



Ad

Ad Lectorem pium.

QVI huius Regni, res gestas ab initio annotarunt, duo præcipue oculos ponunt admiratione digna : Regum ipsorum felicitatem, & populi fidem. Atque haec duo causam habere ex inueterata quadam erga Deum & Ecclesiam pietate nemo non videt. Regum sancte propter ea quæ religionem cultumq; diuinum spectant, ingens huc usque laus fuit. Quod post ipsam uitæ sanctitatem, incredibilis illa in clerum liberalitas abunde testatur. Cum nusquam serè per totum Christianum orbem maiora extent principum priorum opera: nullo alio loco melius fuerit Clero. Cuius quidam paradysum non inepte dixit Gallias. Subiectorum vero & quidem omnium ordinum hominum studia in suis Reges nulli aliij Christiani populi æquarunt vñquam. Qua quidem ratione factum est, ut domi ab iniuria tuti, forsique iniicti semper fuerint Christianissimi Reges : Deo pietatem & deuotios nem renumerante, subditisque salutem & dignitatem acerrimè tuentibus. Haec autem quia pristinum decus amisisse iam videntur : Quia videlicet Reges ipsi domini sunt

Ad Lectorem pium.

mi suæ, à suorum persidia laborant peri-
culosisimè, & subditi non iam quæ Dei
Regumque suorum sunt, sed proprij ca-
pitis somnia ita tenent mordicūs, ut reie-
cta cum fide omni pietate & obseruan-
tia leges dare potius quam vel accipere
vel pati velle videantur, necessum est
huius tam repentinæ conuerstionis ma-
gnam aliquam extare causam. Ea certè
nec dari nec cogitari potest alia quam
receptæ nouæ & falsæ pro repudiata ve-
tere & sana religionis studium. Ea est ve-
nica Gallia pestis, quæ & Regum immi-
nuit fœlicitatem, & subditis mentem eri-
pit, ut dum splendido religionis obiecto
prætextu Dei se causam agere putant,
cum Deo & sanctis eius bellum apertè
gerant, ea demum efficit insania, ut flo-
rentissimum olim Galliæ regnum poste-
ris ludus sit futurus & Comœdia, vnde
hæreseos & impietatis poenas & exem-
pla orbis sibi desumat. Galliæ etenim ca-
sum mirabitur posteritas : regni huius
fortuna oculis animisque obseruabitur
omnium: & cladem ex momentanea ista
peruersione acceptam vix credet sequu-
tura etas, nisi tot yrbium, castrorum, tem-
plo

Ad Lectorem pium.

plorūmque loquantur ruinæ, & ipsa nobilissimi qndam soli testetur calamitas.

Cæterum narrationem hanc Ecclesiæ necessariam esse non immerito existimant Catholicæ, cum ut manifeste iræ diuinæ præsentissimo exemplo in officio contineantur pñ, quæ nouatorum studijs reddantur alieniores, tum ut luctuæ huius tragediæ verum habeant compendium, quod hæreticorum Commentarijs opponat. Et primum quidem haud inuiti dabunt boni & cordati viri, ut scilicet oderint fugiantque eiuscmodi hominum genus, quod giganteo furore, & rabie plusquam beluina in sacra prophænaq; omnia debacchatur: in altero hunc habebunt lectores usum ut in alijs quæ iam passim scripturientibus in fauorem Caluinianæ impietatis excidunt, cautius versari possint. Prodibunt enim dubio procul varia, ex varijs locis qbus sicut simplicioribus faciant homines versuti non ob aliam quam religionis causam hæc nunc in Gallia tentari. Euangelium nimirum esse quod talibus opus habeat argumentis. Cui tu facile cauebis dolo, ex hac sincera & compendiosa descrip^{tione}

Ad Lectorem piut.

ptione instructus. Causam tumultuum &
seditionum hic vides non religionem,
quæ hoc modo nunquam est constituta:
non reformationem, quam his ducibus
Ecclesia minimè commendauit: non con-
scientiarum tranquillitatem, quæ per ce-
des & rapinas minimè acquiritur: non
denique quam impudentissimè iactitāt,
Regis regnique huius salutem, cuius ipsi
omnem occasionem ita prorsus tollunt
ē medio ut redditura ægrè admodum vi-
deatur. Sed alia potius videbis consilia,
Regis nimirum opprimendi, regni occu-
pandi, bonorum eniendorum, aut certe
scelere & immanitate enecādorum. Sed
& modus agendi tibi apparebit, non
quem excusare sibi posse videntur ut
cunque homines loquaces, cuique fauo-
rabilem illum iustæ defensionis titulum
prefigunt: sed talem cuius ante ipsam An-
tichristi nativitatem à Christianis nulla
prorsus debuit extare memoria. Non
hominum hæc sunt facinora, quæ nec
mentem sapiunt nec rationem, sed belua-
rum, sed brutorum rabies, quam si nunc
ad viuos redeat orbis flagellum Athila,
ipse procul dubio accusaret. Eam certe

Turcicus

Ad Lectorem pium.

Turcicus Imperator palam ita auerfa-
tur, & improbat, vt hanc perduellum
colluuiem in fidem & tutelam suam re-
cipere omnino noluerit, male tutum ra-
tus, hos in societatem admittere, qui fi-
dem & fidelitatem præstare tum sese
arbitrantur, cum quod libet
licitum sibi faciunt
omne.



Furores Gallici.

Acta tumultuum Gallica
norum ab obitu Henrici Regis,
de anno nimirum M.D.LIX.
vsque ad memorabilem Regis Caroli
IX. victoriam, Anno M.D.LXIX. de su
is rebellibus consequutam, quæ instar
istius integræ decennij commentarioli es
se possunt, à viro quodam pio & erudi
to, luctuosæ istius calamitatis teste, ad
Catholicos quosdam Ger.
mānos transmis.
fa.

PEtitis à me viri magnifici,
de rebus, quæ hisce luctuosissimis
temporibus in nostra Gallia gestæ
sunt, reddi certiores. Scribam igitur ea,
quæ per me & alios, qui præsentes Tra
gœdiæ adsuere, explorata sunt, vel à Ca
tholicis viris partim viua voce, partim
verò scriptis tradita, neq; tamen omnia
scribam, verum pauca ē multis, & meæ
modicæ in scribendo facultati, & episto
lari breuitati consulens. Exordium au
tem sumam à morte Henrici Regis, ex
O quo

Furores

quo nimirum tempore posteaquam infanda mala omnia sumptuose semel originem, magnis deinde incrementis aucta semper, atque in deterius prolatâ sunt.

Henrico grauissimis bellis intento Caluini hæretis longe latere, quanquam occultis passibus, serpere in Gallia cœpit, quod ille audiens Lutetiae consilium iudicium hæreticorum causis audiendis extra ordinem instituit, sed ardente bello, cum nulla de re magis, quam de repellendo hoste cogitaret, atque incertim id quod minimè decuit, se defensorem Germanicæ libertatis professus esset, languere prius institutum atque consiliū cœpit, liberè iam per vniuersas Gallias hæreticis Germanis versantibus.

Aliquot annis post Caluinianis, q̄d Maria Angliae Regina exultatum ire compulerat, receptis in regnum, perniciosissimo ea in re consilio viuis, viuendi ut prius in Anglia, coufuerent, potestatem fecit. Erant tamen, qui assiduè admonerent, intestinum hæreticos malum indies crescere, periculum esse, ne confluentibus in Galliam è Geneva, sentina hominum perditorum ministris sathanæ instar

Gallici.

instar cancri, vicina quæque semper abs-
sumens, tandem vniuersum regnum va-
staret. Quæ causa Henrico fuit, ut amis-
so exercitu ad sanum S. Quintini paeem
cum Hispano faceret: Nam & subinde
profitebatur velle se in eam curam co-
gitationemque extirpandi ē regno hæ-
reles, incumbere. Ea igitur pace, qua
nulla vñquam neque felicior, neq; opta-
tior, Galliæ accidere potuit, cum & Phi-
lippo Austrio Elizabetha filia, & Philia-
berto Sabaudo soror Margareta in ma-
trimonium fuisset tradita, læta atque so-
licia omnia sperabantur, cum ecce fatis
aliter statuerintibus, ipso nuptiarum me-
dio apparatu, contraria hasta cum Lor-
gio (quem Mongomerium Regiæ custo-
dix præfectum, magnum suum patronū
vocant Caluiniani) Rex concurrens vul-
neratus est, atque non ita multò post, ex
vulnere mortuus.

Successit in regnum Franciscus se-
cundus: Is in ictio statim sui regni omnes
eos capite damnauit, qui religionis ergo
nefaria conuenticula facere, aduersum
vetera iura, & regni leges præsumps-
erant. Nec mora, Senatus Parisiensis An-

O 3 nam

Furores

Annas nam Burgensem Aruernum vnum ē &
Burgæas tumuiris Parisiorum edicti Regij viola-
crematur torem incendio publico cremari iussit.
Sed & mense Martio Anno 1560. pluri-
mi ē conjuratis, quos sua improbitas &
seueritas edictorum in regem armaue-
rat, iugulati sunt, alij Ambasie cum Rex
eo venisset, capti atque in Ligerim acti:
Franciscus Vindonensis præcipue nobis-
litatis vir Lutetiae compræhensus, in car-
cere moritur, pridie Cal. Octobris.

Princeps Ludouicus Borbonius Condæ-
Condæus us seditiosorum princeps & caput Au-
seditioso- reliæ cum ibidem religionis ergo regni-
rū caput. Comitia haberentur, in vincula coniœ-
tur. Talibus igitur curis Franciscus inten-
tus Nonis Decembris repento morbo
correptus fatis concedit, magno Gallia-
rum damno. Nam vt erat iuuenis bent
institutus iam inde à teneris annis suturi
Christianissimi Principis indicia dede-
rat. Post hunc Carolus Maximilianus,
qui hodie præest, & Carolus nonus dicitur,
vndecim annos natus Regnum acce-
Regina pit, Regni vero administrationem Ca-
Gallæ pe- therina Medicea Regina & mater ad-
flit. iuncto in partem curarum Antonio Bor-
bonio

Gallici.

bonio Nauarræo, quo die Gallia est summa
fœlicitate ad extremam calamitatem
venit. Continuo namque Ludouicus
Condæus carcere liberatus & absolutus,
causam hæreticorum exinde iam aperte
propugnare, atque a Colignijs fratribus Colignij
adiutus in spem Regni intercipiendi ve- Condæi
nit. Erant Colignij propter eam, quam socij.
quisque gerebat dignitatem summæ &
authoritatis & nominis : Otho Pontifi-
cem purpuratum agebat, eius effigiem
posteaquam honoribus abdicatus fuis-
set, Pius q. Romæ publico spectaculo cre-
mari iussit. Alterum Claudiom nomine
classibus & mari præpositum Admiral.
dum Galli appellant. Tertium Andelo-
tum pedestrium copiarum ductorem su-
spiciebant in Gallia omnes. Accessere de-
inceps alij Rupifolcadius, Portianus, Lor-
gues, equitesque Torquati non pauci, pa-
lam torti Francorum Regno rebelles, qui
omnes Guisiorum gentem, quæ regnan-
te Henrico & Francisco Henrici Filio,
multa gratia in omni aula pollebat, in-
fensissime oderant. Mariam Stuartam Maria
mulierum decus Reginam Scotiæ & Gui Scotiæ ne-
fiorum Neptem Franciscus vxorem du- gina affli-

O 3 xerat: gitur.

Furores

æcerat: Ea mortuo Rege marito cum ad Larcs proprios remeasset, multas aduersitates ad extreum quoque carcerem à proprijs subditis perpessa, quantus esset in Guislorum gente religionis zelus acq constantia, mulier ipsa declarauit.

Solutis igitur Regni Comitijs cum nihil aliud verbo profiterentur rebelles quam conceptam animo hæresim se vel le defendere, fraudulenter imminebant Colloquij Regno. Colloquium proinde Theologo Possiace- rum Nauarri Regis opera Possiacum in dicitur: Pontifices adesse iussi. Ibi Theodorus Beza author atque inventor omnium malorum, cum ministris vndecim Geneua euocatus præsente Regina ma tre cum Sorbonicis Doctoribus, quos illa inuitos & repugnantes intra quadriduum adesse iussserat, magna animi iactitia congregavit. Disputatum vero est Pontificij Legati Hipoliti Estensis, Caroli Lotharingij & Francisci Turnonij, puricatorum Pontificum opera de Eucharij alijisque rebus controversis adeò doctè atq eruditè, ut disputationis haud frustra pœnituerit hæreticos. Ferunt in eo congressu Franciscum Turnonium ætate

Gallici.

estate grandium Pontificem, quem hu. *Car. Iis,*
ic nouitati succensentem Regina delira. *Turnonij*
re dixerat, libera voce respondisse : Se, sales in re
mel tantum O Regina in vita deliraui ginam.
quando nuptiarum tuarum author ex-
titi, quæ tantam pestem in hanc patriam
arquæ hanc meam inuexere canitiem.
Ex in soluto consilio hæretici conciones
in ciuitate habere cœpere, atque ad eas
haud parua leuum atque seditiosorum
hominum multitudo confluere : palam
enim dictabant, per administratores
Regios id sibi licere. Accessit autem ad
hæc omnia mala mense Ianuario Annī
1562. edictum longè perniciosissimum
Regno, quo concionari in suburbij at-
que Caluiniano ritu Sacra menta admi-
nistrale partibus permittebatur, idq; ex
Consilio Michaëlis hospitalis Aruerni
summi iuris præfetti, vulgus Cancellari-
um vocat, qui vnus scribendo & malè *Cancella-*
scribendo plus detrimenti Gallis attu. *rij hospi-*
lit, quam qui armati postea tantæ stragis *talis im-*
aque ruinæ authores extitire. Auidē de probitæ.
siderabant hæretici id edictum Senatus
Parisiensis, cui summa potestas rerū om-
nium attributa est, decreto confirmari,

Furores

at centumuiri ad eorum petitionem responderunt: Nos autem neque possumus, neque volumus, neque debemus.

Haud multō pōst homines seditionis atque infensi populo, à quo per calumniam Hugenotis (cuius nominis origo incerta est) appellabantur, qualicunque ea in suburbīs tumultuandi verius quam concionandi facultate minimē contencit, armis agere decreuerunt. Addebat animum ingens multitudo, quam illi ad suum errorem spe libertatis nescio cuius traduxerant: nec mora, quas vrbes, quae prouincias suis artibus & insidijs res

Hugenoti fraude ciuitates occupant. perēre magis oportunas, omnes in potestate redegēre, literis à Regina matre ad Ludouicum Condæum quæ adulterine erant sparsis in vulgus, quibus illa se Regem puerum captiuum à Guisiorum gente teneri querebatur, auxiliūq; à Condæo postulabat. Interim verō Aure

Aurelia Iia Ciuitas olim fidelissima Hieronymi per prodi Grosloix præfecti, quem mortuo Francisco Rege, Regina carcere liberauerat & quorundam ciuium proditione seditionis tradita est: Quam urbem cum cœlesti loci situ atque munitione ad bellum maximū

Gallici.

maxime opportuna, arcem & receptacu-
lum suum esse voluerunt. Lugdunum
deinde Saltuani Comitis dolo, qui illie
supremum pretorem agebat, pulso Al-
bonio viro optimo atque Catholico pau-
cis admodum hæreticorum a ciuibus pri-
us interemptis, secunda noctis vigilia in
manus venit: Cuius rei fama cum esset
ciuitas omni comeatuum genere atque
armorum apparatu potens finitimis pro-
vincijs ante omnia terrori fuit.

Subsecutæ igitur aliorum vrbium
per diversa loca deditiones, in Alobro-
gibus Vienna Prætoria, Gratianopolis,
Valentia capitetur, in qua vrbe fortissi-
mus vir Motta Condrinus Delphinatii Mo^{te}
Prætor ministrorum consilio rapitur in Delphina
patibulum: Fuerat is Hæreticorum con- tum p^r-
silijs atque foedissimis conatibus semper torismors
infensus. Interim verò & Provincia Oc-
citana magna ex parte virulenta hæreſe.
on contagione infecta, partes seditioso-
rum secuta est: Nemausus, Monspelius, Tholos^t
mons Albantis atque alia innumera op- tumuliūs
pida. Tolosa tentata, sed et Capitolini per Mon-
(i) sunt octo vrbis primates à veteri quō. lucciū fer-
dam Capitolio ita appellati) edicto pro- uata.

O s polito

Furores

posito arma ciuibus ademerunt, tormenta
qænea ciuitatis seditionis tradiderunt,
Senatu tamen iubente, plebs et si ineris
relistere cœpit, ariete domus effringere,
excitare incendia, occidere & occidi, e
initiis pagis vnde cunque auxilia pa
rare. Per octo continuos dies intra ciui
tatis muros, inter partes pugnatum est,
donec Monlucius vir industrius, genere
Aquitanicus cum valida equitum manu
afflictis adsuit, eius aduentu rebellés vel
intra mænia cœsi, vel cum ad montem
Albanum fugam capere vellent, ab e
misso equite atqæ à rusticis sunt trucidati.

Ex altera Regni parte Turones By
turges, Xantones, magna Aquitanis
pars, Neustria ferè tota ab hæreticis oc
cupata, redacta in potestatem munitissima
ma vrbe Rotomago: in cuius vrbis ob
sidione, postea cum ea sub iugū ab exer
citū Regio Imperatore Guislio recipere.
Exerci- tur, Antonius Borbonius pila ferrea ic
pus Hugo tus, vitæ terminum accepit. Supra tria
potorum ginta hominū milia ex hisce coacta Pro
vincijs in aciem hæretici educebant, euos
catis insuper è Germania Regio nomine
sex equitum millibus. Rex amittendi
regni

Gallici.

regni periculo permotus duce Francisco
Guilio fortissimo pariter atque religio-
siss. viro unde quaque & ipse armat suas
corias, euocatis Helvetijs & tota nobis-
itate in armis esse iussa: hostibus deinde,
quos à Lutetia principe totius Regni vr-
be, cuius agros hostiliter diripiebant,
quamprimum cupiebat auertere, obui-
am instructo exercitu procedit, mox &
fugientes persequitur usque in eum lo-
cum, ex quo sine confictu nullus daba-
tur exitus. Ad Druides commisso prælio ^{Primum}
acerrime dimicatum est. Hæretici equi, ^{cum His}
tatu, Rex peditatu & tormentis encis suis genoris
perior erat. Illis initio fortuna fauere vi. ^{prælium}
sa, nam & Annam Momorantium magi, ^{ad Druy-}
strum equitum, qui primo agryni præfe- ^{des, arox}
ctus erat, viuum acceperant in manus, &
Iacobum Albonium Tribunum neci de-
derant, & tormenta, turbatis tertio no-
strorum ordinibus multisque cæsis, in po-
testatem redegerant, denique perdita &
profligata videbantur omnia, cum ex
improuiso superueniens Guilius inclinat-
em aciem diuina ope & propria qua-
dam fortunæ felicitate restituit. Nobili-
tate itaque, quæ ex veteranis constabat
^{equis}

Furores

equitibus, fortiter pugnante, peditatu quoque Heluetiorū maximam ex omni parte edente stragem, tormenta momen to temporis recepta, mox cedentibus ho stibus aucti animis nostri acrius instare, viam facere, vincere cōperunt. Supra decem & octo millia eo prælio cecide runt. Ludouicus Condæus altera iam vi ce captus, Lutetiæque in vinculis habi tus. Nuncius victoriæ Ioannes Lossam Lemouicus vir fortissimus, qui & pugnæ interfuerat, sanguine cruentatus cum ad Regem venisset, Rex eleuato animo vi rum intuitus: Ego ne inquit, Rex tādem auditis deinde alijs super alios ē prælio venientibus nuncijs, ē saltu Vicenarum, ut in fano virginis superis ageret gratia as venit Lutetiam.

Dux Gui
fius à pol
tronio pro
ditore oc
editur.

Paucis interiectis diebus cum Au
reliam urbem, in quam Colignij fratres
& Lorgius, cum ihs qui pugnæ superfue
rant, sece receperant, Guilius obſideret,
castrisque egressus, fossas ad alterum Cu
uitatis latus perduceret, à Ioanne Poltro
nio Eugolimensi pditore venenatis glo
bulis percussus, interiit, cuius morte Gal
lia mortiferum vulnus accepit. Proditor
etc

Gallici.

et si Guisius pepercera quadrigis religatus in diuersa distractus est. Funus regium Guilio decretum: matronæ Parisienses ut patrem patriæ & defensorem Ecclesie multo tempore luxere.

Eodem anno 1562. opera Annæ Mo^z Pax anno morantij, quem captum fuisse memoriaui 1562. mus, pax contra morem maiorum cum turpis. seditiosis inita, mense Martio, ea lege, ut sua Regi restituerent, ipsis Calvinianis proprio more viuere, Sacra menta ministrire, per singulas præfecturas certis in locis concionari liceret. Sequanorum senatus Dunonensis vehementer usque ad extremum foederi restitit, Burgundionum quoque Prouincia, malle se veterem Regem quam fidem mutare professa est.

Sub idem tempus Angli Gallia pulsi sunt, quindecim hominum millibus Portum Gratiae ardente bello sibi ab hereticis traditum occupauerant. Quieuit deinceps Gallia post id foedus usque ad annum 1567. verum ita quieuit, ut omnibus ciuitatibus atque oppidis fame ac peste mortales miserere affligerentur, usque adeò ut Lugduni supra triginta millia hominum ea lues absumperit; Erat in eayrbe ma-

Pestis in
Gallia.

trona

Furores

trona quedam nobilis, quæ videns filiam suam ætate adultam & nubilem peste esse corruptam, eam humeris impositam ex altissima ædium parte in subiectam viam secum egit precipitem. Longum esset recensere, quas calamitates ea pestis Galliæ intulit. Etenim cum nulla planè ciuitas, nullum oppidum, nullus pagus ab ea contagione esset immunis, quæ priori anno quasi reliquos sibi fecerat, in sequenti anno maiori mortis acerbitate consumpsit.

Calvini mors. Per idem tempus Ioannes Calvini Genevensiū Hærciarcha phtiriasí quem morbum Latini pedicularem vocant, correptus, digno vitæ exitu interiit. Is cum liberos in patrem, uxorum petulatiam in coniuges, fratrem in fratres, natus in socrum, humaniū genus armasset in Deos, & tenebras mortaliū mentibus plusquam Cimerias offudisset, Galliæ sollem se nominabat: quæ nisi sanctorum hominum miriades antea peperisset, hoc tam tetro, tam multiformi, tamq; exitiabilis monstro in lucem ædito, perpetuæ infamiae notam contraxerat.

Infidia Hugenot Post hæc seditioni noua consilia agi-
tare

Gallici.

care cœperunt, sibi capiendum esse Re- torū Re-
gem & Lutetiam occupandam. Etenim ^{gi facta,} spem animo conceperant, ea vrbe, quā
semper impijs conatibus suis infestam sen-
tē, redacta in potestatem, fore ut haud
magnō negocio coto Regno potirentur.
Vndique coniurari conueniunt occultē :
indicitur per ministros facinoris dies, qui
vt erant tractandorum animorum mag-
ni artifices fraudulentis persuasionibus
quād ardētissimē poterant ad appara-
tum belli iuuabant, atque vt tepidos &
meticulosos nonnullos ad concepta fla-
gitia facilius inducerent, asserebant Ca-
tholicis decretum esse, quos intra bidu-
um hæreticos uspiam insuagente reperi-
rent, ē medio collere atque trucidare :
proinde tutius esse, quād occultissimē,
domos deserere, atque omni astu, suas
fortunas & capita cueri.

Iraque tertio Calend. Octob. anni
1567. cum iam copiarum aliqua pars no-
sturnis itineribus in vnum cōfluxisset, ex
inopinatō apparuere insidiæ. Minimum
absuit, vt non omnia antequā fierent pā-
lām hostes occuparent, vastarent atque
euerterent. Societatis IESV Patres ex
primi

Furores

primis fuere, qui Senatui Parisiensi paratas aperuere infidias. Is cum fidem de tam graibus atque improuisis rebus, ne septimo quidem nuncio, qui trium horarum spatio adsuit, adhibere voluisse, ad vltimum explorato melius periculo plurimum fuit commotus. Horrendum erat ciuibus tam imminens & tam grande nefas aperire. Cum autem postridie agenda esset Tragædia extremæ perfidiae atque crudelitatis erat celare.

Rex presenti liberatus periculo luttetiam venit.

Erat Rex Meldis decimo à Lutetia lapide, in quam urbem conuenerant sex milia Heluetiorum, quos Aulicoru*m* consilio euocatos (cum dicerent Hispano exercitui, quem Albanus Regulus transiit per Gallias impetrato ductabat, minimè esse fidendum) Rex decreuerat penes habere. Hæ cohortes à diuina prouidentia, quæ in maximis quibusque periculis coronæ Gallicæ nunquam desuit, in eas partes cælitus destinatae uidebantur. Etenim si nō illæ ante omnia prestò fuissent, non tantum Valesiam gentem (quæ Regum hodie prosapia est) verum vniuersam quoque Orthodoxam Religionem una dies cuerterat. Ergo comparatas

Gallici.

suo capiti insidias Rex cum intellexisset,
instructo ad pugnam, quem penes se ha-
bebat Heluetiorum exercitu, consilio
Nemorosi Reguli ea in re usus media
nocte, nihil tale opinantibus seditionis,
Lutetiam properat, hostes cum paulò an-
tē diuissent suas copias antequam in v-
num cogi possent, cum Heluetijs congre-
di non ausi, prædam ē manibus amiserē.
A Lutetianis interim educte celeriter ex
vrbe decem milium copiæ, Regi pericli-
tanti ad quintum ab vrbe lapidem iere
obuiam. Magna ibi Catholicorum po-
ste aquam Regem ē tam præsentibus pe-
riculis diuina ope erectum videre, con-
gratulatio, magnus animorum motus
aduersus impios, facinorosos & scelera-
tos hæreticos. Perbellè autem eualit Car-
dinalis S. Crucis, qui animi gratia Re-
gem inuisere cupiens, ex Italia in Galli-
am fuerat profectus. Cum enim cerneret
se iam iam intercipiendum, misit ante se
plures, qui hostibus significant se lento
gressu sequi cum familiaribus : Inimici
ergo ne detegerent qui essent, primos il-
lesos abire sruerunt: Cardinalis vero cum
reliqua turma eadem via qua venerat

P prope

Cardina-
lis S. Cru-
cis Hu-
genoto-
rum ma-
nus eu-
dit.

Furores

properè retrocedens, prædæ auditos il-
lusi.

Hugeno-
ti Luteti-
am obfir-
dent.

Mouit exinde se exercitus seditiosorum ad Phanum Dionisij, quo in loco veteres Regum thesauros (qui ibi afferuabantur) se intercepturos sperabant, ac illi pridie Lutetiam translati erant. Intervim Decuriones Parisiorum dispositis in muro æneis machinis & incitatis ciuibus ad custodiam vrbis summæ rerum dili- genter prospiciebant. Calendis Octobris secunda noctis vigilia sedecim frumentarias machinas patentibus campis via Dionisiana ad usum amplissimæ vrbis dispositas hostes incendunt: flamma tanta fuit, ut vrbis tota ardere videretur, quæ res ingentem metum ciuibus accu- lit, maximè vero cum intellexissent ha- reticorum consilium fuisse, eo qualis si gno dato coniuratis qui intra mænia eo- rant, in proprias ædes incendijs excitati concremare ciuitatem. Etenim in multis locis fasciculi dispositi cum puluere Deo ita prouidente reperti sunt, rebellesque qui erant in vrbe effractis domorum fo-ribus aut capti aut trucidati.

Mox

Gallici.

Mox verò edicto Regio cautum est,
vt omnes utriusque sexus homines signo
S. Crucis insignirentur, nisi qui mallent
ē vestigio caput amittere: pulchrum erat
videre Rosaria collis pendentia, varijs
crucibus adornata. Cautum insuper est
omnibus suarum ædium curam agere,
arma gestare, vasa repleta aquis præ fo-
ribus habere, ante singulas domos lam-
pades ardere, totas noctes insomnes du-
cere, vna manu exemplo filiorum Israël
ædificare & altera se tueri. Sæpius cir-
cuibant & omnia scrutabantur Tribuni.
Licitum erat tali rerum articulo iuxta
Consilium Christi, vendere tunicam &
emere gladium. Eadem nocte pellis ho-
minis in publico vico inuenta est, quæ
pios multum terruit: Si quis minimum
verbum in fauorem seditionis protu-
lisset, eum cuique necare erat liberum, id
quod accidit in multis. Postero die ad ar-
ma conclamatum cum esset, illicò cate-
næ ferreæ transuersis vijs extense, omnia
armatis repleta, domus & fenestræ lapi-
dibus, cum hostes iam in vrbe esse dice-
rentur: Si quis terga verteret, aut fugam
attentaret, confessim trucidabatur. Ira-

Furores

que consilij decreto statuunt seditiosi v̄a
bem fame ad ditionem compellere,
quod ob infinitam incolarum multitudo
nem factu haud difficile videbatur, pre-
sertim obsessis vndique vijs impeditos
que commeatu, ppter ea quod pons Car-
rentinus, ad cuius vicum Matrona Se-
quanæ iungitur, ab hostium turmis in-
terclusus esset. Extabant in eo fluminum
concursu quam plurimæ farinariæ molæ,
quæ & ipse in potestatem venerant h̄eres
ticorum. Miserat eo Rex pr̄fidiariam co-
hortem, quo arcem vndique pr̄emunita
contra hostium impetus defenderet: Cæ-
terum proditione præfecti militum pro-
dita vniuersa res tam validam in vrbe
famam fecerat, vt quæ pr̄idie 5. solidis
comparari poterant postero viginti ve-
nundarentur. Captus interim proditor
laqueo finiuit vitam in platea arenaria,
affirmans se quicquid fecisset, iussu Fran-
cisci Momorantij Tribuni equitum fecis-
se. Eodem die cohortes quædam vrbe e-
gressæ incursione in hostes facta, duas
ingentes naues onustas panibus interce-
pere, quæ pauperibus fame pereuntibus
vestigio sunt in Eleemosynam erogatae.

Interea

Gallici.

Interea peditatus veteranorum militum **Pugnacū**
equitatusque utriusque armaturæ pluri. Hugeno-
mus cōenerat. Quamobrem tertio Idus tis ad Ln
Nouemb. prodijt ex vrbe Regius exerci tetiam.
tus, peditum 10. equitum quatuor erant
milia, cum machinis æneis 14. Ductores
fuere Anna Momorātius Magister equi-
tum(is est interfecti Guisij frater) Claudi-
us Aumaleus Nemorofus, Galliæ Pares.
Qua re per exploratores, quos in vrbe
atque adeo in secretiori Regis consilio
seditiosi habebant cognita, dato signo ē
Fano Dionysij promouerunt 3000. pedi-
tum, equitum verò 4000. Maiorum tor-
mentorum nullus apud illos apparatus
erat: Duces fuerunt Ludouicus Condæ-
us & Colingij fratres. Quare in campis
Dionyliacis vno lapide ab vrbe Parilio-
rum acris pugna occubente iam sole cō-
missa est. Cefi in vniuersum equites 500.
& circiter 400. pedites. Ardorem pugnæ
nox interueniens diremit, quæ si vel vna
hora interuenisset tardior, actum fuerat
de vniuersis seditiosis. Eo prælio cecidit **Connesta**
bilis præ-
Anna Momorantius octo prioribus cer-
taminibus clarus, modo cum in primis **lio ceci-**
ordinibus pugnaret, ab Edouardo Sco-
dit.

Furores

eo, quem ignominiosa morte liberasse ferebatur, septem vulneribus confosus, post biduum extinctus est. Eius viri prudentialiam plerique omnes suspectam habebant, propterea quod & Coligniorum auunculus erat, & primi fæderis author extiterat, vnde etiam pauci obitum suum luxere. Ex hæreticis interempti Comites duo, Saltuanus & Claromontanus. Dampetra, multiq; alij in armis nobiles. Qui certamini superfuere ad Fanum Dionysij reuersi tota nocte trepidarunt. Postero die antequam ab exercitu Regio obsideri possent, præmissis sarcinis valitudinarijsque relictis, fuga discessione fecere. Quod verò templum S. Dionysij

Condæus & Busta Regum fere omnia intacta reliquere, causam fuisse afferunt, quoniam ab Hugo notis rex ibi Ludouicum Borbonium Condæum creatus. in Regem coronauerant, monetamque auri tali inscriptione cuderant: Ludouicus XIII. Dei gratia Francorum Rex, primus Christianus. Eo die mille quingeniti equites grauis armaturæ ex Arvernia, multis comitantibus ex minori Britannia turmis, & præter has duo fortissimumorum equitum milia e Flandria missæ, Regias

Gallici.

Regias auxere copias. Lustrato deinde exercitu summa rerum Henrico Valesio Regio puerō Andium Duci commissa, qui cum tam numerosum militem habet, adiunctis ad priores copias Narbonensibus Gallis, Aquitanis, Heluetijs, & Italicis, subortis in exercitu simultatibus inter Principes, nihil memorabile gessit. Reginæ Campania & Austrasia vastata: hæretici liberè abire permitti: fremente exercitu, quod is maternæ voluntatis potius quam suæ gloriæ aut publicæ dignitatis utilitatisque Francorum memor esset, quod cum ex frigore & continuis itineribus ad sex milia sine ullo certamine amississet, Parisis reueteretur. Quinetiam cum idem ipse exercitus impedire posset, quod erat factu facilimum, Mosa flumine interueniente & Austrasiæ Regulo suam præbente operam, ne seditionesorum copijs 4000. Germanorum militum à Latino missa iungerentur, Regina citato cursu de pace actura in Austrasiam contendit, reuersa Oddonem Colignum data fide ad saltum Vicennarum deduxit, ubi pax cum malis artibus tractaretur, frustra tentata est. Et iam seditioni vim

Furores

Germanis iunxerant suas copias, quibus audaciores facti, oppidis omnibus pecunia imperata, Aureliam reuersi sunt. Regius exercitus diuerso itinere rediens in vicinis Lutetiae locis considerare iussus. Interim ab octo milibus peditum Occitanorum paucissimisque equitum turmis Duece Bomhæo, qui continuatis noctu diu mutatisque subinde itineribus ne pugnandi ficeret potestatem, in seditiones auxilium properabat, Auernorum equitatus direptus, Blæsarum ciuitas obsecuta, & momento temporis expugnata est. Carnutes postmodum tentati, qui et si ciuitatis muri quatuordecim muralibus tormentis quaterentur, pugnacissime tamen ad extremum usque se defenderunt.

De pace deinceps actum fatali Res-

Altera fœdinae contilio & quendam perfidia Episcoporum, conditionibus, quarum maxima partem concilium Tridentinum nolle admittere. Transacta res per Morantios Annæ filios & Marchionis sam Rodelmij Condæi socrum, quæ initio huius belli cum duobus generi sui liberis, in arce Blandi, ab Aurelano capta, in Regiam venerat potestatem. Iniquissima

Gallici.

quissimæ igitur conditiones à seditionis propositæ cum fuissent, omnia sunt admissa: Tum illud maximè nihil à partibus, nisi bene factum, & quod ex usu esset Reipub. fœdissimo fœderi cum senatus Parisiensis subscribere nollet, armata manu, publico foro à præcone illud pubblicatum, plebe non sine multis lachrymis præcante ad superos, quippe quæ rei bene gerendæ spe, decies centena milia aureorum paucis ante diebus alacriter in bellum contulerat. Hæc omnia ita accidisse creduntur, Deo de peccatis nostris exigente ultionem.

Ruptum deinde fœdus à Rege & cum saniori consilio res moderari cœpissent, Matrona Sequanorum prostrato tormentis muro, cœsisq; seditionis à Man tuano capta, apparatus bellitus, qui ē Geneva mittebatur, interceptus, sulphurei pulueris copia ingens, armorum omnis generis maximus numerus. In Delphina tu Ioannes Adressius versa in hæreticos ira, quam superiori tumultu in Catholicos excrucierat, oppida, arces, urbes plurimas ferro aperuit, supra sex milia cœcidit. In comitatu Forensium ad fanum

Pax ini-
qua rescis-
sa.

Furores

Germani Vallis duce Mūtacellario V^{as}
scone & Iacobo Vrffæo pugnatum est
cum duobus millibus hæreticorum, quos
Ponsonatius (qui eo prælio perit) con-
traxerat. Catholici vicerunt, eò qd equi-
te superiores essent. Qui eo prælio supera-
tuere adiunctis in fuga pluribus cohortia-
bus atque viribus eorundem accessione
recuperatis, iterum cæsi sunt circa Bilho-
mum, ubi nisi victores nostri euallissent,
planè conclamatum fuerat de omnibus.
In prouincia Phocensi acerrimè quoque
dimicatum, productis ingentibus è Mas-
lia tormentis, & Cisterone oppido cis-
durentiam flumen obfesso, Catholici su-
periores extitère. In Occitana apud Mur-
gonem prælium commissum Duce Ten-
dano Comite & Suza viro fortissimo &
Ioisa Aruerno: Ex hæreticis mille quin-
genti cæsi plures vulnerati, quos oppi-
dani, qui euentum pugnæ expectabant,
in fugam versos trucidarunt, ex nostris
eò quod instructiores essent & tormen-
tis abundarēt, pauci desiderati. In Aqui-
tanía Monlucius 10. vexilla, quæ Rupel-
lam iter intenderant, profligauit, quam
urbem Farnacijs præfectus à Regé defi-
ciens

Gallici.

ciens magno Regni detramento prodi-
derat. Aumaleus quinque cohortes pedi-
tum Brissaccius ad fanum Spinæ in Cam-
pania 4. equitum turmas ex improviso
adorti, afflixere. Mantuanus ad fontes a-
quæ bellæ, equites mille. Is domum redi-
ens ad importunas præces parturientis
vxoris ab hostibus penè centum inter-
ceptus est. Qui cum Mantuano erant iti-
neris comites viginti quatuor, et si iner-
mes, primi tamen, enses in hostes vibrâ-
runt, à vertice armatos, & tam dexterè
superis fauentibus dimicârunt, ut sex vi-
tra viginti coniectis in fugam, cæteros
exanimes reliquerint, duo de nostris
mortui. Mantuanus tormento genu læ-
sus, atque ex vulnere in febrim incidens,
tamen auxiliante Deo & virgine matre,
cui se ad templum suum Lauretum deuo-
uisset, equalit incolmis. In Neustria Ger-
mani equites sexcenti à Rineriano cæsi.
In Sequanis exules, qui ab alijs seditionis
fecerant discessionem cum à nemine re-
ciperentur, essentque ferme septingenti,
consilium capiebant de occupando per
proditionem Ioannis Vlnarij oppido:
Id Vantous vir nobilis resciens, valida
manu

Furores

manus septus, circumuentos ad vnum omnes miserè iugulauit. Quandam urbem Hannoniæ muro diu quassato cœpit, dico, ripiendamque militi tradidit. Altissimo, ro recepta externi hæretici abierunt, quo animaduerso, Catholici qui in urbem reuersi fuerant, abeuntes persecuti, in iteri nere oppresserunt. Duæ Occitanorum cohortes in Turonibus à qræfide Ambasianorum cœse sunt, quamvis diploma fœderis Regio sigillo munitum ostenderet: ferè omnes, qui in capitalibus urbibus pacem promulgárant, diuerso casu & supplicio sunt interempti. In alijs quoque prouincijs multa memorabilia acciderunt, quæ historicis magnam suppeditabant scribendi materiam. Præterire non possum Claudiæ Turoniæ factum è nobilissima apud Aruernos Turoniorum gente. Ea absente Iusto Turonio filio, quem Rex legatum in Italiam ad Pium Pontificem miserat, ab hæreticis obessa, virili animo ducis munus implens, cum paucis militibus diu eorum impetum sustinuit, arcemque Turoniam in Rhodani angustijs sitam cum oppido seruauit.

Ruinæ verò & crudelitates, quas hæretici

Gallici.

retici vicissim in nostros exercuere, vix Horreda
à posteris credentur, Altaria destructa, Hugen-
imagines comminutæ, templo multis locorum sce-
cis incensa, multis diruta, quid dico mul-lera.
tis: sanè numero incredibili, utpote ad
decem milia & supra. Quæ residua fuere
ad usum equorum commutata, aut in spe-
luncas latronum conuersa. Aureliæ au-
gustæ Crucis templum mirabiliter opere &
celatura, Lugduni fanum Iusti supra fo-
rum Veneris situm, actis cuniculis & in-
censo puluere corruperunt. Sanctorum
ossa aut concremata, aut in profluentem
deiecta. Sic D. Martini apud Turones,
Irenei Iusti & Bonaventuræ apud Lug-
dunenses, Hilarij apud Pictauos, apud
Engolimenses diuorum omnium, qui ibi
sepulti erant, corpora amisimus. Mona-
steria suprà sexcenta solo æquata, pluri-
ma incensa: quam calamitatem pertulit
Magna Carthusia Allobrogum tertio la-
pide à Gratianopoli. Vasa aurea atque
argentea, quæ maiorum pietas templis
reliquerat, partim ab hereticis per sacri
legium rapta & in pecunias versa: par-
tim à præfectis prouinciarum in usum
belli accommodata: Eucharistia porcis
obiecta;

Furores

obiecta, pedibus protrita, oleo sacro cocta, & quod maximē horrendum est dī cere, tergendis natibus adhibita, cum eam vocitarent irrigorio apud Gallos nomine Ioannem Album, stultum appellantes Christum, quōd sub figura panis copius suum occuluisse. Preciosa vestis, aurea omnis generis, & gemmata sacerdotia ornamenta amissa, ex vasis æneis tornata conflata. Bibliothecæ, quæ in nostra Gallia instructissimæ atque antiquissime fuere, passim arserunt, Busta principum & nobilium magna crudelitate effossa. In his Ludouici vndecimi seditionum olim feuerissimi vindicis, cuius statuam in fano Cleriacensi Aureliae capite mulstarunt. Ioannis quoque Valesiorum Comitis, hominum opinione sancti & innocentis viri tumulum aperuerunt, ossa cōcremārunt. Similia quēdam Vindocimis perpetrata, in qua vrbe plurimi ē Borbonorum sepulti erant familia, idque spectante & ad omnia conniuente Joanna Nauarrorum Regina, quæ Borboniorum gentem ea peste prima infecit & Heresēon in Gallijs nutrix fuit. Quam mulierem Renata Valesia Ludouici duodecimi E*lia &*

Galici.

Iia & Reguli Estensis vxor in eodem sec-
tore secura est, posteaq; ex Italia in mon-
tem Argiū Gallie commigravit. Quod
verò incendere ad vindictam Regni suc-
cessorem Regem Carolum vel in primis
debet Francisci secundi cor in templo
Crucis Aureliae reconditum, ignibus cō-
crematum est. Multæ vrbes ferro ignique
vastatæ, multæ multa auri pondo sedicio-
nis extrema mīlitantibus tradere coactæ:
aliæ diuturno mīlitum præsidio vexatæ,
menibus nudatæ, pecunia mulctatæ, ve-
tigalibus oppressæ: ciues in exilium acti,
aut in oculis vxorum & liberorum truci-
dati, agri hostiliter vastati, coloni per lu-
dibrium inerempti, Francorum opes a-
lio translatæ. Documenta futura posteris
Gallia quam præsens atque efficax rerum
publicarum venenum sit Civilis dissen-
tio. Plus enim ea duobus hisce tumultis
bus quam omnibus externis post homi-
num memoriam bellis attrita est.

Veteres crudelitatēs hæretici par-
tim renouârunt, partim nouas exercue-
runt. Tyberio voluptati fuit miseros ē
præruptis locis deorsum agere præcipi-
tes: Quo genere supplicij etiam cæteri
plurimum

Furores

plurimum vſi. Ad petram fortem cohors
præsidiaria, quæ accepto iure iurando ve-
nerat in deditio[n]em, tali mortis acerbio-
tate integrā interiit. Oppidum est in co-
Moruasi- mitatu Venetico Moruasium ad iecu-
orū in Rhodani situm, cui imminet altissima ru-
teritus. pes: Oppidanī metū percusſi arcem rupi
impositam, in quam præsidij causa con-
fugerant, dediderunt: E vestigio contra-
morem militarem ducenti crudelissime
necati, reliqui quorum magnus erat nu-
merus, ex fastigio rupis acti præcipites.
Duo tum ibi memorabilia acciderunt:
Quidam oppidanus inter cæteros durus
in præcipitum, arbusculæ in media rupe
prominentis fœlici casu ramum arripiens,
suspensus hæsit, mille dein spectantium
hostium telis impetus, nihil laetus eli-
ta. Qua re illi attoniti iterato iure iurando
hominem se seruatus, funes dimiserunt,
at ille renuens, cælitnmque omnium im-
plorans opem, hostium crudelitatem eu-
fit. Eum hominem Rex Carolus, quo tem-
pore salutari consilio singulas Regni p-
uincias lustraturus adiit, illac iter faciens
videre voluit: Filię dotem, illi annuas pe-
cunias in alimenta constituit, Puella que-
dam

Gallici.

Quædam 16. annos nata, per medias hostium acies virili animo transiens cum patrem occisum putaret, sola arcem petiit, in qua alijs super alia factis cadaueribus multis audacter euolutis, ægre patrem intenit, confossum quidem multis vulneribus, sed tum leniter adhuc spirante in humeris ergo impositum, spectante hoste domum tulit, neque solum vitæ, verum & sanitati restituit. In prouincia Lugdunensi Mombriffo Forensorum metropolis deiecto muro sole occidente capitur, cælis mille ducentis. Ioannes Adresius ^{Adresij} vir Nerone crudelior, duodecim nobis ^{crudelius} tare. lissimos viros, cum quibus amicè pransus fuerat, exaltissima turri in subiectum montem deiecit: In his Monsalarium ex precipua Aruernorum nobilitate virum in fide constantem, quem socium bellis Italicis semper habuerat. Quidam alias qui cum eo semper coniunctissimè vixerat, meliore usus fortuna vel astutia potius eausit. Cum enim ob antiquam cum Ardressio familiaritatem postulasset, ut sexto tandem cursu liberius sese dare posset præcipitem, cum id neque sexto cursu facere voluisse, interrogatus ab Ar.

Q dressio

Furores

dressio, cur non staret promissis facete
respondit, Domine si septimo cursu præ-
cipitum suscipere volueris, cedo, Ob-
quam urbanitatem vita donatus fuit. Eā
dem crudelitatem ad fanum Marcellini
in Delphinatu exercuerat idem Adressio
us, celsis aliquot militaribus turmis Man-
geroni fortissimi viri & de re Christiana
optimè meriti. Septimo ab Aurelia lapi-
pe in pago, qui ab accolis Patra dicitur,
cum adesse hæreticos audirent, in arcem
templi sese receperant utriusque sexus
viginti quinque puerorum maxima pars:
Carnifices violato templo arcem incen-
derunt, ut illa iuuentus arderet. Ignem iam
populante pueri duo cum sese præcipi-
tes egissent, de fenestra turris euaserant,
sed ab illis compræhensi, & in flammam
coniecti cum alijs arserunt. Ad fanum
Macharij in Vasconia ab hæreticis Ca-
tholici viui aggesta humo obruti, pueri
medij ferro secati. Sacerdotum viscera
fusse intorta, sensim exacta. Cæmonian-

Hugeno- nis cum res diuina ageretur, templum ar-
torum in matis circumseptum, cumque impetu fa-
Sacerdo- cto vellent Sacerdotes trucidare, fuit
tes crude qui diceret: Sinamus eos hanc Missam ab
litas.

Gallici.

soluere, nullam enim post hac celebraturi sunt: prius tamen, quam Sacerdos sacris operatus de altari descendet, multos occiderunt, unum suspenderunt, Monacho penem amputarunt, coctumque deuorare coegerunt, tandemque ut quid de cibo actum esset, viderent, miserum per medium secarunt. Appamenses haeretici festis Pentecostes signo dato supra ducen-
tos ex gente Catholicorum interfecerunt, Consulis domum incenderunt, cuius incendij ardentibus flammis cum duobus liberis vir constantissimus est extinctus. Mulieribus grauidis uteru ferro cæsus, infantes ad saxa acti ante mortem accesse, pere quam vitam. Quis haec credat, qui ipse non viderit, & tum vere ita acciderunt. Constat supra 5000. Sacerdotes omnis generis utroque tumultu & lentis & crudelibus supplicijs esse peremptos: Qui busdam eorum pellem detractam, qui octauo aut nono demum die quasi ad insaniam redacti, spiritum exhalabat: Multis caput amputatum: alii militari supplicio minoribus tormentis expoliti, aut ænearum machinarum ori alligati, emissi igne in frusta distracti, plurimi unco

Furores

summo gutturi affixo, dolore & inedia
confecti, non pauci in templorum cruci-
bus suspensi. Aureliæ Iacobus Gnesetius
D. Paterni parochus vir sanctissimus, qui
alijs fugientibus gregem suæ fidei com-
missum deferere noluit, cum q. integras
mensas latuisset, & clam hostibus optimis
quenque ciuem in auita religione confir-
masset, inuentus rapitur ad præfectum,
prodictionis & adulteratæ monetæ accu-
satur, mox damnatus in ecculeo suspen-
sus atque strangulatus est, cum & bonos
ad constantiam hortatus esset, & Conde-
um præsentem inspectantamque grauis-
simis verbis suorum scelerum admonui-
set. Plurimi etiam sulphureo puluere in-
structi, lardoque peruncti, missâ igne ar-
serunt, alijs carentibus verubus viui per
posteriores partes infixi alijs clavis ferreis
in abrasam capitis partem adactis, extin-
eti. Nonnulli exenterati, quorum visci
ra frumento respersa in alimentum por-
corum cesserunt. Ad Castrum Longu-
mellum Sacerdos vir sanctissimus ab illis
capitur, qui cum fratribus pecunia ducen-
tis aureis sese redemisset, tale supplicium
pertulit : penem sune stricto alligárunt,

Gallici.

ad tertium usque lapidem incitatis equis
fratre eiulante & sequente traxerunt, ad
focum suspenderunt, vt subiecto fumo
extingueretur, denique instar porci linea
recta in partes dilaniarunt. Coloni eius
hominis sanctitatem usq; hodie lugent.
Multi supersunt adhuc mutili, dissectis
naribus, amputatis auribus, pedibus scis-
sis aut adustis, vnguis extractis, cæca-
ti, vulnerati, sensibus spoliati, qui harum
cruelitatum præ se ferunt vestigia. Sa-
cræ virgines innumeræ violatæ, aliæ mul-
tæ quæ in monasterijs inclusæ fuerant, vt
parentibus morem gererent, ab hæreti-
cis liberatæ ultrò se porcis violandas im-
miserunt. Vnde res miranda Astreliæ
contigit: cum quædam harum ē muro se
præcipitem ageret, vt Geneuam profici-
sceretur, palo per verenda infixæ hæsit
mortua, cunctis lucente sole cum id me-
dīs noctis tenebris accidisset, spectanti-
bus & laudantibus Deum de iusto iudi-
cio. Hæc omnia adeo sunt vera, vt hære-
tici etiam multō plura & his acerbiora se
fecisse, et si non sine diuina interdum ylo-
tione, glorientur.

Mense Martio facta pace aciem ver-

Q. 3 terunt

Furores

Hugenoti terunt in Flandros, sic tamen ut nulla ini-
victata erim requies, nulla securitas, neque ho-
Gallia spes ab hospite quiuis illis mensibus, qui
Belgium bus pax coli videbatur, tutus fuerit. Ve-
frustra guntamen diuino auxilio & industria Re-
tentant, stetit. Pugnatum est saepius idque multis
in locis, præcipue vero ad Gruningem
Frisiae oppidum, vbi supra septem milia
haereticorum trucidata. Interea mense
Maio duo ex præcipua nobilitate Fland-
rorum Comites, capite Bruxellis dam-
nati ab Eggemünd & Horn, quos eodem
suppicio spatio trium dierum secuti sunt
so. primores, eadem severitate manente
vsque in hodiernum diem, quæ sola sui
spicione etiam diuulgatos necat. Inter-
rim vero multæ vrbes rebelles ferro &
tormentis apertæ, multa præclara ædifi-
cia diruta, ad extremum perniciosi omnes
valida manu sunt electi. Exin iam è
Tertius in Flandria in Galliam sua signa conuer-
Gallia tu- tent seditiosorum exercitu exortus est
multus. tertius atque cæteris omnibus Galliæ per-
niciosior tumultus. Etenim cum iam omnia
præcedentibus euersa atque dissipata
fuissent, hic vltimus quicquid etiam
relicquæ

Gallici.

reliquæ spei fuerat, tum in agris tum in ciuitatibus abstulit. Longum esset recensere, quot oppida, quotque prouincie pernè funditus sint eversæ. Tres exercitus, interdum & tota hyeme Gallia aluit, omnia desperata, facta est Gallia quasi viderua, plorans plorauit in nocte & lachrimæ eius in maxillis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & non est, qui confortetur ex omnibus charis eius, omnes persecutores eius appræhenderunt eam inter angustias, omnes portæ eius destructæ, Sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ & ipsa oppressa amaritudine, plauerunt super eam manus omnes exteriori, fibilauerunt & mouerunt capita, Nec est qui eloqui posset Germanorum latrocinia, Gallorum sacrilegia, Anglorum fallacias, Flandorum direptiones, quæ si omnia in unum cogerentur, Gallia videri queat scopus, contra quem nequissimi omnes omnia nequitiæ suæ tela direxerunt.

Interim tamen reperta sunt supra septingenta milia, qui non curuauerunt Exercitus genua ante Baal, sed tribulatione ipsa ro voluntari bustiores effecti, opes, fortunas, corpus, us.

Q 4 animam

Furores

animam denique ipsam non recusarunt
ponere: Qui vi & ferro hostibus sese op-
ponentes multa præclara apud Tolosam
gessere. Iuerunt ad decem milia, qui in-
structi zelo diuino & ardentes amore iu-
stitia, prædia ampla, vxores & liberos e-
gregios reliquerunt: Christoque sese de-
uouentes proprijs militarunt stipendijs,
solo victu contenti; de reliquo nudi nu-
dum Christum sequentes cum hac inscri-
ptione: Eamus & nos & moriamur cum
Christo, propositum habebant in omni
die tremendis adesse mysterijs & Deipa-
ram vespertino tempore salutare solita
Antiphona Salve Regina. Itaque diuino
magis quam humano auxilio freti, mul-
tas vrbes ab hæreticis occupatas recepe-
runt, multa hæreticorum milia oppresse-
runt.

Cum autem regnum pluribus parti-
bus eodem tempore a seditionis vastare-
tur, coactus Rex diuidere suas copias, par-
tem fratri Henrico Valesio tradidit, par-
tem Regulo Aumaliæ, tertiam sibi in præ-
Condaeus fidium reseruauit. Leuia certamina yn-
cum exercebant sœpè commissa, tandem ab Henri-
ciu[m] cæsus co fratre hostes intercepti impietatis suæ
dignæ

Gallici.

dignas pœnas pendere coacti. **C**rudelis
pugna, crudelior exitus, quia et si multi
spe vitæ retinendæ in manus sese dedis-
sent, nemo tamen neque præcibus neque
præcio vitam impetravit, Ioannes Lossi-
us nuncius victoriæ fuit, qui cum post pri-
mam noctis vigiliam Regi literas obtu-
lisset, illico Rex cum omnibus suis ad tem-
plum grates Superis acturus se contulit.
Indictæ sunt supplicationes in gratiarum
actionem per vniuersum Regnū & ignes
laeticiae testes excitati. Eo prælio cecidit
& contritum est caput serpentis Ludouic-
i Condæi cum triginta ex præcipuis
ducibus seditionorū, numerus vulgi pro-
miscui incertus: Si tria capita, quæ resi-
dua sunt, eadem fortuna dēpta fuissent,
omnia essent in Gallijs placidiora, quæ
tamen eneuata iam & ad extremam mi-
seriam videbantur redacta. Andelotus
hoc tempore mortuus ferebatur. Ex no-
stris Brissaccius vir omni tempore lugen-
dus, fortiter dimicando cecidit, in cuius
morte arx cum oppido capta, igne & gla-
dio consumpta est. **V**uolffgangus Pon-
tanorum Dux, qui innumeris malis & a-
gi Ponta-
dustionibus Gallias presserat, repentinō norum du-

Q 5 defun. cis obitus

Furores

defunctus, magno meru Regnum liberauit. Multa præterea præcipua capita quæ si eodem tempore mortem obiere, ut non defint qui iudicent, meru grauioris super plicij perditis iam ac deploratis rebus mortem eos veneno præuenisse. Illud certissimum est, Vuolffgangum Ducem benē saturum spatio 24. horarum merbo interiisse, siue peste id acciderit, siue alio quodam insperato malo, Domini exercituum opus est. Conscripsit deinde rex ingentem exercitum ea mente, ut cum nomine eorum, qui horum tumultuum antisignantes sese aliquando præbuerunt, aut etiamnum præbent, velit villo modo, villove fœdere in concordiam redire, ne si frater quidem huiusmodi hostis esset.

Admiral- Edicto itaq; publico confiscata sunt omnia & soci nia tam mobilia quam immobilia bona, orrum pro domus, prædia, possessiones, castra, ciuitates eorum qui cōtra proprium Regem condēnati, arma rebellionis sumpererāt: omnesq; scelerariorum fautores, qui in aliqua dignitate erant, magna cum infamia nominis, publicè omni magistratu atque officio sunt submoti. Qui autem in horum locū successere, singuli, antequam villam numerum

Gallici.

nerum partem capesserent, sacere profes-
sionem Catholicæ fidei ad vnum omnes
per vniuersum Regnum coacti. Maxime
vero illustris fuit Casparis Colignij Ad-
mirallij Galliae proscriptio & condam-
natio 13. die Septembri Lutetiæ facta,
vbi homo iste omnium istorum malorum
succendor & antesignanus, post ablato-
honores, dignitatis, bonaque vniuersa,
magno omnium ordinum consensu diris
deuouetur imagine eius patibulo suspen-
sa, signis gentilitijs vbiique locorum de-
iectis, liberis etiam omnibusque eius po-
steris, honoribus, dignitatibus, & ipsis
nobilitatis prærogatiis in vniuersum
perpetuo priuatis. Caprus etiam est sub
id tempus Scotus quidam nobilis, suppli-
cioq; affectus, quod post necatum Con-
dæi iussu Lutetie Minalium præsidentem
in Reginæ quoque matris cædem manus
armauerat. Ita nihil reliqui sibi fecerunt
ex omni impietate rebell'es isti, vt rem quā
scelere & perfidia scimel aggressi fuerāt,
grauiter prosequerentur. Sanè quod ad
Reginam spectat, plusquam humani con-
silij suit periculum istud. Ex quo liquido
constat talibus veri pellibus ingenij eti-

Reginæ
matris pe-
riculum.

Furores

am ab ijs pacem non esse tutam quos si-
mulando, conniuendoque vt plurimum
alioqui iuuerunt. Manifestum siquidem
est Condæum & socios in Regina multū
spei atque præsidij semper locasse : in
capitibus suæ rebellionis, expressam Re-
ginę voluntatem præfixisse, quam tamen
hic necatam cuperent, e'q; medio sublatā,
quod ysu forsan edocta, extremæ impro-
bitatis consilia iam intelligeret. Vulgus
eam toto regno ob regnandi cupidita-
tem perpetuo perstringit, nec defunt qui
affirment inimicos ab ea consuli, datisq;
clam stipendijs ali. Quod utrum olim fa-
ctum sit dubitari potest, nunc autem cer-
tum est suo damno astutiorem factam.
Plurimos, & ex primoribus quidem, male
habet, quod mulier externa Regio con-
nubio impar, & solo Clementis Pontifi-
cis neporis favore intrusa, tantis dignita-
tibus aucta, tot donis ornata, accepta re-
gni administratione cum potuerit ha-
calamitates auertere, operam suam præ-
bente Philippo Austrio Hispaniarū Re-
ge, alijsque Catholicis Principibus, id ta-
men, nescio quib. consiliarijs vfa, negle-
xit. Accidit ad hæc quod minus ab ini-
tio

Gallici.

tio pacatissimę Gallorum Catholicorum
genti, quam seditionis hereticorum inge-
nūs, inque domum Valesiam, & fideles
eius cultores, diu iam non obscure iratis
& armatis fauere visa est. Hæc tamen
quam apud omnes fidem habitura sint,
posteritas viderit, cui forsitan aduersario-
rum doli, qui Reginæ fauorem non in-
commode sibi ementiti sunt, magis pa-
tebunt. Nos hic eam neque excusamus,
nec accusamus etiam. Ipsa viderit quo-
modo ad tremendum ultimi iudicij tri-
bunal, vbi omnes omnium cogitationes
manifestæ sient, consilia sua Deo exami-
natori probet. Et considerent hic quo-
Deus ad regendum populū suum in sub-
limi posuit, quā perniciosum sit Reipub.
anceps iuditium, dubius animus, cœcta ini-
speciem consilia. Vbi quæuis improbitas
principis vel respōso, vel exemplo ad in-
stitutum suum abuti potest: vbi pruden-
tiæ humanæ sananda concreduntur, quæ
ex immota supremi Dei voluntate depē-
det vnice: vbi callide & astute in diuinis
iuditur, & humanis apparētia potius ali-
qua quam veritas obregitur. Galli certè
toti orbi iam documēto sunt, vafritiē, si-

quula

Furores

mulationem, asium, extremas Reipublis
cæ pernicies, à Principum verbis & con-
silijs abesse quam lōgissime debere: Deo,
que vero, nihil magis quam verum & sin-
cerum placere, nec fieri posse ut, qui in
cœlis summus monarcha omnia videt,
humanis consilijs inulte irrideatur.

Admiralli
us verum
rebellio-
nis caput,
exercitu
restituit.

Post creptum rebellibus primi no-
minis Ducem Condæum, & amputatum
quali authoritatis suæ caput, tum demū
verè apparuit fraudum, totiusque conspi-
rationis secretius consilium: scilicet Ad-
mirallium esse cuius consilijs & auspicijs
res tam horrendæ cœpte, tentatæque fu-
issent, Condæum nomen solum & quam
ex generis splendore habuit, authorita-
tem dedit. Eo enim sublato summa re-
rum omnium Admirallio deuoluitur, &
ille quidem quod huc usque vafre egit, &
sub alieni nominis præsidio, apertè ab-
hinc impigrèque capessit. Certa itaque
de hoste suo Gallia, indignius quidem tot-
mala ab authore non ita prius illustrifer-
re visa est, istarum tamen ærumnarum
finem videre, aut sperare saltem non-
dum potuit. Et si enim hostium regni vi-
res nuperiori prælio vehementer accise,
& illos

Gallici.

& illorum qui super erant adhuc ex coniuratione, res tam angustæ videbantur, ut posthac ad delendas mali reliquias minori opus esse negotio putaretur, terrorem præsertim faciente Regis iuuenis feruida admodum in persequendis puniendisque quoque modo rebellibus constantia, collegit tamen sese Sathanæ serven, perditionis manipulus sub Admirallij signis, sic ut iustum referre posset exercitum. Quibus cum ea quoque equitum peditumque manus, quam Pontanorum Dux Galliæ intulerat, commodum iuncta esset, nihil iam apud illos amissum videbatur, nihil minus instructum, cum quo non auderent de summa rerum fortunarumque omnium dimicare. Noua igitur suborta Regi necessitas, nouas Herculeo fratri, proceribusq; vigilias & curas peperit, ut tandem in id vnum deueniret ab omnibus consilium, nec pacem ab armatis sperandum, nec in speciem aliquam ostensam accipiendam, sed autores rebellionis cum exercitu delatos esse simul: ac ob id nullam amittendam occasionem fore quæ iustum aliquam pugnam exhiberet, id quod mense Octobri

Anno

Furores

Anno M.D.LXIX. accidit. Hostes quidem, quod ferè solitum est deploratis hominibus, magnam iactabant audaciam, nihil nisi pugnas, cædes, & extrema quæque ore personates, ast ubi pugnandi fieret facultas, ubi lacesisti etiam in prælium vocarentur, non ita cordatos vidisses, causæ nimirum iniquitate ferociam comprimente & animos, adeo ut manifestum iam sit, exercitum illos duxisse non ad prælia facienda, sed ad prædandum flammaque vastandum patriam. Nusquam enim ipsi aduersos quæsiuerūt mucrones, nusquam, depræhensi etiam infaciore, fixerunt pedem, sed prædonum, latronum que more vagantes Regiorum signorum mayestatem ægrè sustinuerunt, donec tandem ab inseguente, seu inherente potius exercitu Regio in pugnam vel iniunctu traherentur.

Pictauium liberatum summae ratione occasione definit. Laborabat vehementer eo tempore Pictauium obsellum, cum graui obsecione sex hebdomadis cinctum fuisset, & moenia tormentis diu multumque concurssâ, ulteriore protectioni prorsus negare viderentur. Hanc quidem urbem satis firmo intus tuebatur præsidio generosissimum.

Gallici.

polissimus Dux Guisanus, pluribus alijs
principibus viris stipatus. Verum ob
diuturnitatem obsidionis, & hostium cru-
deles insultus plurima obsessi pauci sunt,
adeo quidem omnia afflita & despera-
ta cernebantur, ut asininis & equinis cara-
nibus vesci cogerentur, quod neque ar-
gento neque auro, veloue praecio com-
meatum comparare possent, & licet fru-
mentum adesset, deetat tamen & modus
& commoditas frumentum molendi. Re-
gis itaque & liberandorum tam illustri-
um hominum studio pie commoti, & vt
hostium vires, vrbi tam periculose immis-
entes distraherent, vicinum oppidum
Chastellerault ad fluum Vienam situm
obsidione, graui cingunt. Hac ratione
in auxilium sociorum pertracti hostes
Pictauium ad dies aliquot deserunt. Inte-
rim refectus Guisanus cum suis, vires ani-
mosque restaurat, & redeuntes ad obsi-
dionem hostes eruptione facta dissipat,
prostratis ex ijs ad duo millia, nec tamen
absque suorum cæde & sanguine, nam in
eo confliktu XIII. interierunt bellicosissi-
simi & fortissimi Regiarum partium du-
ces. Magnam summæ virtutis laudem tū

R adeptus

Furores

adeptus est Dux Guisanus, qui & incus
prudenter urbem tutatus est, & hostes
fortiter profligauit, paternæ nimirū for-
titudinis semina in filio optimo iam eger-
minabant. Inde viciniores sibi factos ho-
stes Regij diligentius obseruare, subinde
& vestigio persequi, idque curare omni-
no ut vel terga inuaderent, cum auer-
sos in fugam oculos petere non daretur.
Ad XXIX. igitur diem Septembris pro-
pe Camecontourum adortos in prælium
lacessant, sed superato Masuille fluuij,
ponteq; deiecto pugnam ipsi detrectant,
amissis tamen VI. equitum, duobusque
peditum signis. Prima & altera Octobris
pari modo prælij facultatem negant, nisi
si qd congregati ausos CCC. illorum equi-
tes velitando Regij conficiunt. Tertia
porro Octobris dies Gallias de suorum
scelere & pfidia edocuit, ea fuit lux quo
legitimo magistratui, ereptum penè gla-
diuum suum restituit, & impietati suas poe-
nas dedit. Hostes enim et si perpetua fugi-
latebras & munitiones suas peterent, ac
eo præsertim die loci bonitate egregie
protegerentur, ita ut paludibus & a-
quis circum circa muniti non nisi ab una
parte

Gallici.

parte inuadī possent, à Reḡ tamen exer-
citus leuioribus copijs in pugnam rapti,
manibus tandem uti coacti sunt, cum pedū
quibus euaderent, non omnes pariter ha-
berent beneficium. Campus est ad eam
rem agendam per quem idoneus, quatu-
or miliarium Gallicorum, inter S. Iouini,
Moncontourum, & Ernaux oppida, vbi
instructa acie hostes incedebant, obiecta
à tergo tormentorū, quibus collem quen-
dam commodum occuparant tutela, hāc
deīcere oportuit antequam integri ali-
cuius prēlij occasio inueniretur. Quod &
industrie factum est per emissā contraria
tormenta. Cum itaque hostes & loci na-
tura, & fati voluntate in pugnam per-
tractos sese cernerent, minime sibi de-
sunt, conceduntque leuiores velitationes
à manē vsque ad horam post meridiem
primam, vbi coniunctos infestissimos ex-
ercitus fortuna in sacrificium sibi oblatos
acepit. Vespere prioris diei in castra ve-
nerant Regis Nauarrēi, Condensisque fi-
lij cum tormentis & aliqua militum ma-
nu, quos & ipsos pueros armis onerarat
Admirallius. Vranius cum fratre Ludo-
vico triduum ante in Angliam nauiga-

Pugna vi-
tima cum
rebellibus
Regisque
clarissima
victoria.

Furores

rat, grauiori fortasse casui referuandus
Admirallij opera acies diligētissime erat
instructa, qui tamen ex veteri sua arte si-
bi cavit post principia, exercitum dese-
rens, Rupellamque auffugiens, quo eum
qui ex prælio supererant postea sequuti
sunt. Equites Germani, admixtis Gallis e-
quitibus lancearijs primam occuparunt
aciem, Duce Volrado Comite Mansfel-
dio. Peditatus Germanicus, quem Ponta-
norum Dux rebellibus adduxerat, sub
Gerolzecchij, Granvuilerique, veterano-
rum Ducum auspicijs socios habuit equi-
tes Admirallij Vascones, atq; ita nec mil-
te neque arte etiam inferiores fuerūt ho-
stes, quorum magna pars, equites in pri-
mis albis induiti, quæ Cassaquelia illis dia-
cebantur, in pugnam processerant, con-
filio, cui euentus minime respondebat. Id
enim illis animi erat, vt nemini parceret
tur ex Regijs, cumque ardor pugnæ telle-
ras forte abstulisset, Cassaquelia ista con-
cepto furori manus cohíberent, hostisque
haberetur quicunq; tali colore non amis-
etus obuius fieret. sed pernicioſſimum
fuit malis consultoribus illis hoc consili-
um, Germanis præsertim, quos conterra-
neorum

Gallici.

neorum misericordia, & aliqua ex veteri
militari disciplina pietatis ratio, inclina-
ta iam acie saluare potuisset, sed hæretici
habitifunt, Hugenoti & rebelles incla-
mati omnes isti albi, adeoque illorum
parsum nemini. Regis copijs sub Henrici
fratris auspicijs prudentissimi & fortissi-
mi Duces præfuerunt: Dextrum latus tu-
ente Petro Ernesto Comite Mansfeldio.
Suberant huic equitū Germanorum tur-
mæ XIX. sub ducibus Landgrauio Has-
sæ, Renigrauijs seniore, & iuniore, Co-
mite Vuesterburgio, & Domino Berste-
nio, qui est Dominus Passampierre, Sini-
strum latus defendendum susceperebat dux
Guisanus, cui aderant Marscallus Cosse,
Villequier, Carnauallet, Lauignan, &
magna pars Gallicæ nobilitatis, cum eius
gentis cataphractis. Medijs steterunt pe-
dites: Heluetiorum XXXVIII. signa,
Clero, Pfeifferoque primarijs ducibus,
penes tormenta maiora: inde Burgundi,
pontificijque, sub illustribus Ducibus,
Dominis de Valette, Chauigni, Thore,
Mompensierio & alijs, cum pontificijs
quoq; cataphractis, leuiorisque equitatus
signis aliquot. Henricum Regis fratrem

Furores

obseruarunt cum selecta equitum Gallo-
rum, Germanorumque manu, Duces Aus-
talius, Martignes, Marchio Baden, Phi-
libertus, Marischallus Byron, Tauannes,
Comes S. Floræ, & alijs optimi ac prestante-
tissimi harum rem magistri. His ordinis
bus utrinque atrocissime pugnatum est,
ita ut nemo fuerit, cui non excederet
virtutis suæ facultas egregia data sit to-
die. Germani equites Hugenoti in adver-
sus primum cataphractos & sclopetarios
Gallos impressionem fecerunt tanta vi,
ut hi quidem cedere cogerentur, quos ra-
men Ducum virtus bis in aciem reduxit.
Inde laborantibus ab utroque latere ad-
sunt, equites Germani Regij, sic ut Ger-
mani Germanos adorti, ducibus utrobius
Comitibus Mansfeldijs, religione & ar-
mis iam contrarijs, omnem iræ ac furoris
magnitudinem incognata viscera effun-
derent. Incredibile dictu est, quanto ar-
dore ibi sit pugnatum quantaque saevitia
cum saepè fratrem frater, amicum veterem
ex amico vetere nouus iam hostis
conterraneum certe quisque suum obui-
um habuit. Miserandum est Germanos
viros priscam fortitudinis sua laudem ita
pros-

Gallici

prostituere, ut nec causam respiciant, que defendenda sit, nec nationi parcant pro priæ: sed quasi bruta mercedem oblatam solum spectent, ad omnem etiam inquisi- simam bellandi occasionem vitam san- guinemque venalem vltro offerentes, modo prædæ alicuius lucrique spes afful geat. Terrori fuit superioribus seculis ea gens cæteris nationibus orbis, cum propter inuictam fortitudinem, tum etiam fidei & æquitatis studium. Iam nemo ad modum est cui non venale sit illius seruis tium, modo pecunia adsit, ex qua ea cau- sam nunc metitur, nec illa viciisim dede cori sibi sumit in aduersis castris pugna- re, quod certe leuitatem saltem habet, à veterum Germanorum grauitate & fide longe alienam, ne quid dicatur hic durius. Dum itaque in se ipsos sic læsiunc Germani, & rebellium equitatus Galli- cus, lanceis instructus, socios pugnantes desereret, ipsi quoque Germani equites fugam arripiunt, præcurrente illis gnaui- ter Admirallio, donec tandem & fugæ & noctis beneficio erepti insequentibus re- gis tutò respirare possent. Interim Galli equites leuioris armaturæ, itemque pedis

Furores

tes, cum auxiliarib. Pontificijs & Burgundionibus, rebellium peditum ordines, & adiunctos illis Admirallij equites Vascones adorti, tantam stragem edunt, quanta vix inter Christianos edita memoratur. Ceduntur ibi ad internacionem XXVI. illa Germanorū peditum signa, vna cū veteranis Ducibus Gerolzecchio & Granvulero, qui sub infelicibus Pontanorum Ducis auspicijs Gallias ingressi fuerant, de quorum clade non superfluisse putatur, qui ad suos nuntium referret, ceciderunt etiam cum iis equites illi Vascenes, longius iam à fugientibus socijs interclusi. Tristis videri poterat fortunæ Iusus, quod vna dies, uno quasi funere tot raperet fortis viros, tamque nobilem & egregium Germanicæ militiæ florem: nisi & propria temeritas, & inaudita de ista gente, crudelitas, omnem commiserationem & pietatem illis negarent. Nulla quippe necessitate, nullaue iusta causa patria sua euocati, id regnum euerterendū sibi proposuerant, ex quo nihil quidem iniuriarum datum fuerat yngquam, comodorum autem & beneficiorum plurimum. Cæterum impietatem istorum misericordum

Gallici.

litum Gallia dju adhuc gemens dolebit,
plusquam beluinam in ijs experta rabiē,
prædæ cupiditatem Turcica maiorem,
seuitem talem in omnis generis homi-
nes, clericos maximē, qualē vix sibi aliq̄s
timeat ab iñanibus barbaris, Scythis aut
Tartaris. Litarunt igitur Galliç furij suo
cruore Germani, exemplum fortē ad po-
steros transmissuri, quo consilio post hac
alieni negotij curam suscipiant. Ex Ger-
manico rebellium equitatu non ita multi
ceciderunt, nam post Gallorum lancea-
riorum fugam ipsi quoque terga vertūt,
Rupellam cum auffugiente Admirallio
suo petentes. Desiderati tamen sunt illo-
rum ad CCCC. summa vero occisorum
rebellium XM. excedit, præter incondi-
tam castrensem plebem, quæ & ipsa quo-
que furoris istius materia fuit, sed ne ca-
nibus quidem penes equitum impedimē-
ta relictis, vita tuta fuit, sic ut mingentem
quoque ad parietem fors illa tristis salua-
re noluerit. Capta sunt cum Dominis de
Assieres, & de la Noue non multa alicu-
ius authoritatis capita, quod in capitales
& infensissimos hostes suos quiique inci-
derant, hostes Germani, videlicet in Gal.

Furores

Ios regios, & hostes Galli in Germanos
regios, sed & Cassaquetia ista alba rebelles
facile prodiderunt. Tormenta amissa
omnia, quorum maiora non diu ante Lu
signani ceperant. Ex quibus vnum inscrip
tis magnitudinis nouo titulo inscriptis
rebelles sua lingua Chasse Messe, qd
est Missam abigens. Illud regij milites
Chasse presse vocarunt, hoc est, contio
num fugam. Currus & impedimenta ca
pta direptaque omnia, equitum præser
tim Germanorum, in quibus multarum
prouinciarum, ciuitatum, & templorum
thesauri sunt reperti. Sed regis quoque
non absque sanguine, illustrium præser
tim hominum, victoria iectu constitit, cœ
des fuit hic minima, non enim desiderat
sunt ex omni regio exercitu ultra
CCCCC. omnis generis milites. Cecide
runt autem fortissime dimicantes, Philis
bertus Marchio Baden. & Landgrauius
Hassiae tertius in fratrum ordine: itemq
Dux de Longeuille. Marchio certe inge
reliquit sui desiderium apud Gallos Ca
tholicos, tantaque vi & virtute pugna
uit eo die quanta ab eius ordinis viro
vspiam cognita fuit, donec ex sclopetto
guttur

Gallici.

guttur globulo traiectum ipsum & pu-
gnæ & vitæ eriperet, morte plane imma-
tura, cum ob præclaram armorum, ac
bellicæ virtutis laudem in summum ali-
quando Ducem euasurus crederetur. Le-
si ex prælio redierunt Comes Mansfeldi-
us, magna huius victorïæ pars, Dux Gui-
sanus, Renigrauius senior, Schonenberg
equitum magister, Dominus Passampie-
ne, sed & Regis frater Dux Henricus e-
gregie dimicando equo deiectus, &
Marchione villario Galliæ Admirallio
Catholico, & stabuli magistro Viure, e-
rectus in pugnam rediit. Præclare quoq;
se gesserunt domini de la Hierges, Beau-
rain, Blandeau, Libersort, primi, quod
perditum vocant, agminis Duces.

Hæc itaque memorabilis est victo-
ria quam de suo quidem scelere conse-
quuta est Gallia, sed in alieno potius
quam proprio sanguine. Hæc Regi regnū
restituit: hæc suam potuit ihs in locis eccl
sice quoq; reddere trægilitatē. Quæ an ea
pace firmata sit, quæ in sequentis anni mē
se Augusto inter Regem, suosque rebel-
les tertium tunc facta est, Deus nouit, cor-
dium & arcanorum scrutator, posterity
vide

Furores

videbunt, rectiores præsentium consilio-
rum, euentuumque censores,

Hæc sunt magnifici viri, quæ cum
ipse vidi, tum etiam ex fide dignorum vi-
rorum scriptis & relatione accepi, de gra-
uibus illis, ac post fundatum Francorum
regnum inauditis antea tumultibus, quis-
bus iactari Gallias vidimus hisce annis,
& miserabili conditione vastari, eam ni-
mirum ob causam, propter quam priscis
sæculis ad summum ascenderat dignita-
tis & honoris fastigium. Religio enim su-
it gemma illa præiosa, Galliæ Regum
coronam illustrans: religio nunc est quæ
& coronæ & vitæ minitatur periculum,
neque tamen in dubio est victoria, si Rex
ea perget fide & constantia, quam una
cum corona hereditate transmissam ac-
cepit a maioribus. Quam quidem ad rem
non desunt illi quorum consilijs ac fidei
sese, suaque omnia concredat. Neq; enim
in hac turbulentissima rerum Gallicanae
rum perturbatione, omnes declinauerint,
adque protegendam & ecclesiæ & Regis
dignitatem inutiles facti sunt simul: sed
multæ nobilissimæ prouinciae, ciuitates,
familiae, fidem & constantiam suam Deo,
Regique

Gallici.

Regique suo, fortunarum omnium, sed
& vite & sanguinis periculo obsignarūt.
Guiliorum certe genti, & Tolosatibus
ob rem bene fortiterque gestam immor-
talis debetur memoria. Aruerni quoque
Nobiles, Sequani, Brigi, Campani, Tu-
rones, virtutis ac pietatis suæ
præclara dederunt do-
cumenta.



Lectori

Lectori pio.

Ipsa quidem Gallicarum rerum Tragœdia, & ex quo ex furiosa hac tumultuazione sequuntæ sunt, ruinæ, causam istorum motuum aperiunt, eam videlicet esse quam sibi rebelles ex nouæ religionis licentia ipsi desumūt impunitatem, id ad tentandi instituendique, ad quod concepta animi libido quenque rapiat. Neque enim, si religio illis tam sit cordi, hisce sanguinaris medijs, harum furiarum beneficio ea opus habet: cum patiendo perferendoque religio plantetur, non percutiendo, & rebellando. Est autem hominum improbitas, quæ commodum illud religionis velum impotentiæ libidini obducit, atque sub hoc splendido praextu animi morbo indulget. Quod non solum ex ea, quæ præcessit, succincta rerum gestarum narratione patet: sed edocent idem quoq[ue] ipsi Calvinianorū commentarij. Qui ad has turbas concitandas non obscure adferunt Momoreniorum, Coligniorumque in Guisios odium, quos præcipuos videbant sceleris sui concepti hostes. Priuata itaque sunt rebellium negotia, quibus publicam totius regni salutem ē medio tollunt: non religio est, quæ huic

Lectori pio,

hūic hominum generi Christus ē mundo
abiens, minime commendauit. Guisiorū
& aliorum Catholicorum omnium fœ.
licitati inuident isti patriæ euerfores: ec.
clēiaſtīcorum hominum fortunis inh.
ant lupi illi & vultures. Vtque istam su.
am expleant libidinem, vt impierati fa.
tisfacent, cœlum terræ miscent, commi.
niscentes fingentesq; causas, nescio quas,
sed certe tales, quæ cordatos viros mīni.
me moueant: eosque etiam impotentiae
progressi, vt Turcicum implorent sceleri
suo præsidium. Quorum quidem abomi.
nandorum consiliorum argumenta, vt
omnibus rectius pateant, subjcienda pu.
tauimus duo scripta. Primum quo Admi.
rallij & sociorum fraudes magna vi, ma.
gnaque grauitate docti cuiusdam viri,
& rerum Gallicarum admodum periti e.
uineuntur: quod typis excusum est anno
superiori.

Alterum, exemplo esse potest, res
bellibus quidem in sollicitandis Turcicis
auxilijs non defuisse audaciam: sed ipsos
tamen Turcas eiusmodi leue homi.
num genus ita detestari, vt patrocinio
suo indignos iudicent, penes quos vide.
liches

Lectori pio.

sicet legitimus magistratus tutus non sit
nendum socijs & auxiliatoribus vlla expi-
ctanda gratia. O religionem, O Euangeli-
um, qd sepositis Christi saluatoris pra-
sidijs, Turcicum inuocat auxilium, imo
qd id agit ut sathanæ adminiculis Chri-
stum in ecclesia sua debellet, oppressor
Crucis & pietatis imperio Machometi-
cis abominationibus trophæa statuat.
Scilicet hi sunt fructus doctrinæ illius;
quam è principis tenebrarum potestate
eruit ille noui Euangelij preco: subscam-
no nimirum reperiens thesaurum,
qui tot sæculis lucem
effugerat.



Ad

Gallici.

AD PERDVELLIO.
nis Admiralij causas rea-
 sponsio.



I quis est aut paulo
rerum nostrarum impe-
ritior, aut in has vel illas
partes priuato quodam
studio, & voluntate pro-
pensione, haud dubie mi-
rabitur, Galliam vehementi diuturnoq;
seditionum æstu iam totos septem an-
nos laborantem, cum vires suas sensim
pacificationis cuiusdam beneficio collis-
gere inciperet, repente in grauiores, ac
multo quam antea periculosiores motus,
magisque formidandos recidisse. Cuius
quidem mali eo difficilius ratio & origo
inuestigari potest, quod ea mentis cæci-
tate, & ijs temporum tenebris nostri ho-
mines ut plurimum occupentur, ut quis-
que suam sententiam ad id solum, quod
maxime cupiat aut oderit, accommoda-
re, quisque aduersariorum consilia susce-
ptionesque execrari, pauci omnino de-
rebus integre incorrupteç; iudicare vi-
deantur.

Furores

deantur. Itaque ut istam aliquando neba
lam ex ciuium nostrorum, exterorumq;
oculis & animis discutiamus, & causæ
veritatem æquitatemque deinceps per-
spiciamus, vtriusque partis (si modo con-
tentio Regis & Perduellium fieri debet,
in quibus ut impar dignitas, sic reliqua
omnia dissimilia inueniuntur) iura inter
se componemus. Quod antequam aggre-
dimur, explicanda est nobis illa Regis,
Procerum, Nobilitatis, populi Galli
ci quærimonia, quam non sine lachrimis
toties priuatim publiceque testata, nunc
etiam animo præ se ferunt, Principem
Condensem ita peregrini vnius hominis
laqueis, vanisque pollicitationibus ca-
ptum irretitumque teneri, ut generis, vn-
de ortum duxit, patriæ, quæ illum aluit,
Regis, qui euexit, propinquitatis suæ ac
cognitionis, cui potius addictum & ob-
strictum esse illum oportuit, honoris de-
nique & existimationis, cuius magna vis
apud optimates illustri loco editos hacte
nus esse consuevit, imprudenter oblitus,
coniurationis post hominum memoriam
sceleratissimæ sese ducem ac authorem
nominari patiatur. Etenim ea ingenij le-
nitate,

Gallici.

altare, h̄sq̄ moribus natum ac præditum
esse intelligimus, vt si semel Admiraliū
vinculis sese eximere, syrtesq; ac scopu
los, quibus adhæret, præterire potuerit,
seque in libertatem, & in Regis ac suorū
consuetudinem vendicarit, tunc demum
sit cogitaturus, quantopere inter obser
uantiam, & perduellionem, pudorem &
audaciam, concordiam & factiones in
tersit, quæ præmia bonos d̄ues, qui in Re
gis sui ditione ac obsequio permāserint,
quæ pœnæ, & quænam capit is fortuna
rumque pericula eos qui defecerint, indu
bitanter consequantur. Quinimo vt hinc
salus, dignitas, laus & existimatio ostend
itur, illinc tot opprobriorum & incom
mōdorum genera, & h̄ terrores impen
dent, vt et si hoc regnum veris hæredi
bus, legitimisque possessorib; tandem
(quod Deus auertat) eripiendum, & ad
alienas manus transferendum aduersarij
ominentur, tamen nihil propterea huic
principi non modo adjiciatur, verumeti
am verēdum sit, vt leni quodam somno,
quem veneni potio conciliarit, ab Admi
ralio in tumulum detrudatur. Quæ
enim tyrannis alienas yñquam possessio

S 2 nes &

Furores

nes & dominatum inualit, quæ non statim liberos, propinquos, & quotquot id nominis & affinitatis sunt reperti, reliquias denique omnes, ne quis videlicet iniuriæ vltor superesset, eadem crudelitate oppresserit: Romani cum Tarquinios propter violatam Lucretiæ pudicitiam expulissent, & de regni statu mutando deliberarent, Collatinum quantumvis graui dedecore ac iniuria affectum, tamen odio cognationis inuisum, vrbe carere voluerunt. Cæsar Heduorum & Romanorum auxilijs in Galliarum expugnatione vsus, eosdem nihilominus postea in eorum, quos domuissest, numerum & ordinem reuocauit. Quid autem Admiralius, qui Cæsaris æmulum atque illustratorem se iam diu esse profitetur, & eius exemplo ad res magnas suscipiendas, tanquam Miltiadis trophæis excitatum suis sepe inter suos solet gloriari, de Cōdensi Principe, quid de Regina & Principe Nauarræ, quos ministrorum concionibus figmentisque facile delusos (cum hic propter adolescentiam, illa propter sexus imbecillitatē salutaria propinquorum, amicorū, clientum, seruorum, consilia

Gallici.

filia repudiaret) in eandem pariter armorum societatem nuper pertraxit, si forte rerum potiri contingeret, statuere cogitarit, videant, videant inquam & iudicent, qui hominis fraudes, qui dominandi intemperatam ambitionemque libidinem, qui ingenitam inhumanitatem, qui machinationes compertas adhuc exploratalesque habuerunt. Qui nuper Condensem vnicē tanquam Dominum colebat, qui eius mandata obseruabat, qui ad nutrum seruire ac obsequi dicebatur, nunc honoratior factus, & forsitan amplissimi alicuius connubij spe, longe quam antea elatior, exercitus summam sibi tribui, laudem & spolia deberi, in literis quae ad monopolia scribuntur, Castilionæum, vñā cum Lodoico Borbonio in eadem linea subscribi, totam factionem à se præcipue administrari, armatorum greges sibi iureiurando obstringi, eò denique se aquid suos loco haberi vult, vt ex vniuersitate & calliditate coniuratorum fortunas & salutem pendere, quām diu vixerit, simul quoque victuros, si aut decesserit, aut interierit, eodem simul sepulchro regendos ac obruendos se vniuerli arbitrarentur.

Furores

erentur. Ergo Admiralium ut istorum Achillem, sic Regis iuratum hostem, & Gallicæ perturbationis Primarium authorem agnoscimus, quem si nulla haec nus Regis benignitas & beneficētia, nullæ populi lachrimæ, nulli conscientiæ stimuli frangere ac flectere potuerūt, quid mirabimur, si quo tempore boni omnes præteriti belli reliquias colligunt, ruis nas resarciant, domi se continent, pacem longam ac firmam meditantur, nihil sibi stri, nihil inimici suspicantur, pro Regis valetudine continuas ad Deum preces effundunt, in opinantes imparatosque certiō ad vitæ & rerum omnium diuinatio nem exciuerit, qui post pacificationis Edictum tamen arma armatumq; animum perpetuo retinuit, qui pecunias omniratiōne confecit, qui cum vix Germani e quites Galliæ finibus excessissent, in Germaniam vnum ex suis cognomine Franciū curtium misit, qui noua bella gerendi, copiarumque collendarum cōsilia ini reat? Nobis igitur cum Admiralio negotiū intercedit, tametsi neque cæteros, qui se ad eius partes adiunixerunt, & Regi suo patriæque hoc bellum ferro flame maque

Gallici.

maque funestum indixerunt, aut culpa &
scelere vacuos esse, aut supplicij, quæ im-
minent, ac etiam appropinquant, fore
immunes existimamus. Neque enim pu-
tandum est quicquam Deo opt. maximo,
cuius nutu & prouidentia terrarum im-
peria multo magis, quam humana ratio-
ne gubernantur, tantopere esse commen-
datum, quam ut Regum & Principum
authoritatem falsoe ab externa vi, do-
mesticisque insidijs defendat. Reges si-
gulari quodam munere cœlitus fuerunt
donati, ut eorum vicaria opera Deus in-
mortaliū concordia & societate reti-
nenda, legibusque ac iure administra-
do viceretur. Itaque nemo, præsertim ci-
uis, eorum potestati aduersatur, aut iussa
renuit, quin supremo illi æternoq; Prin-
cipi Gigantum more bellum inferre cen-
seatur: nemo vim est vñquam molitus,
quin reliquorum Regum & Principum
arma & odia in se vnum concitarit. Quæ
cum ita sint, magna illa & valida firma-
menta esse oportet, quibus Admiralius
suam pduellionem probet, egregia pig-
menta, quibus desormem speciem exor-
net, glauces iniurias, quibus se ad arma ca-

S 3 piendæ

Furores

pienda necessario impulsum adductum
que esse conuincat. Quanquam quæ belli
honesta ratio inueniri potest, vbi clien-
tes cum patronis, serui cum dominis, sub-
diti cum principibus, & ij non modo non
laçessiti, sed ingentibus perpetuisque be-
neficij affecti, de capite, de dignitate, de
dominatu decertant? Sed audiamus ta-
men Admiralium, & eius causas, vel eti-
am figmenta singulatim expendamus.
Nobis, inquit, ad tuendam conscientiz
nostrę libertatem, cui præsens periculum
creabatur, in certamen necesse fuit desce-
dere, & omnia potius experiri, quam vt
religionis nostræ vsu in posterum carea-
mus. Recte. At quæ non modo religio,
verum etiam religionis opinio hoc vn-
quam laudauit, vt in eam prouinciam in
qua vobis seruendi & parendi, non iu-
bendi aut imperandi partes sunt deman-
datę, alienos à Rege vluēdi ritus per vim
& ferrum inuehatis? Si vestra quam tan-
topere extollitis, religio id nominis me-
retur, quæ & nobis & Germanis, cunctis
que gentibus passim explosa est, cur non
ex Euangeliū præscripto vestra studia &
instituta componitis? Cur, quoniam iste
hic

Gallici.

hic noua vestra dogmata non recipiuntur, excusso de pedibus puluere, non potius in longinquas alias terras commigratis? Cur Principis vestri Galliam cæde & sanguine suorum delendam, conficiendamque ducitis? Maiores nostri qui prius ecclesiæ seculis viguerunt, necem ferendo, non inferendo, Christianam fidem propagabant: h̄dem neque suę erga principes obseruantia quouis de causa vñq̄ defuisse, neque communem tranquillitatem violasse, neque gladium acuisse, aut in patriæ pectus distrinxisse audiuntur. Quod autem vos nulla lege, nullo exemplo facitis, cur necessario facere simulatis? Maximè cum nemo sit qui nesciat vobis hactenus rectorum direptiones, templerum sacrilegia, agrorum vastationes, Galliæ ruinas & incendia, populi cædes impunitas fuisse. Regnum hoc, quod ante vestram perduellionem bonorum & commodorum omnium copia affluebat, domesticis externisque militum copijs debilitandum, diripiendum, euertendum tradidistis, eiusdem munitissimas vrbes, & portus antiquis Galliæ hostibus pacto accepto que precio vendidistis, percusso.

Furores

res & veneficos, qui Regem, Reginam
matrem, Regios eius liberios, & præstan-
tissimos quoque proceres luce priuarēt,
vndique conquisiuitis. Hæc omnia quæ
perspicuis indicijs, testimonijisque aperte
cōuincuntur, Rex clemētissimus obliuio-
ne sepulta esse voluit, ne adolescentiam
suam acerbitate suppliciorum infestam
reddidisse, aut resipiscendi viam, & misera-
ricordiæ ac benignitatis suæ gremium
cuiquam præclusisse videretur. Sed fru-
stra eorum pertinaciam tētabat, quæ lon-
ga peccandi consuetudine inueterata ob-
duruit, frustra veterem obseruantiam ab
ihs exigebat, qui obsequendi iugum iam
diu excusserunt, qui nouos reges, nouum
sibi opinione finxere principatum. Enim
vero quæ tanta illos necessitas premeret,
ut arma in Regem mouere cogerentur,
non intelligo, nisi forte prætexant id qd
queri apud suos & exterios solent, de pa-
cificationis Edicto abrogando, & con-
cordia religionis in integrum restituendā
Regi deliberatum ac constitutum fu-
isse. Esto. Nam edictum ihs verbis conce-
ptum esse, non, opinor, inficiabuntur, ut
temporaneum non perpetuum foret, et
iusque

Gallici.

iusque emendandi, interpretandi, anti-
quandi potestas, vel Condensis & Admi-
ralij consensu, & approbatione, Regi,
quoties aut vellet, aut adoleuisset, inte-
gra liberaque relinqueretur. Ac ut ita
inter eos non conuenisset, quis de regia
authoritate sic vñquam humiliter senit,
vt quod semper regium fuit, leges &c.
dicta pro commodis temporum, pro vti-
litate ciuium ferre, immutare, reuocare
ei Regi, cuius maxima preter cæteros dia-
gnitas omni tempore extitit, ab ihs præ-
sertim, qui regia iura diligentissime tue-
ri deberent, denegari ac detrahi, non in
capitali fraude ponendum existimatur.
Quare, quoniam de Regis iure, ac pote-
testate dubitatio esse non potest, de vo-
luntate aliquid Admiralio respondeam-
us. Etenim quemadmodum legimus in
fabulis, qui quidpiam impi scelerateque
commiserant, furiarum tædis ardentibus
continenter agitari ferebantur: ita pro-
fecto se res habet, vt haud aliter mentes
alicuius facinoris & improbitatis cōsciæ.
sic noctes atque dies exedantur, sic amen-
tia quadam afficiantur, sic maleficiorum
stimulis crucientur, vt nusquam quiesce-

Furores

re, nusquam consistere, nusquam tutō es-
se posse, nemini vnquam satis fidere, sed
quocunque se vertant, verbera, ensem,
carnificem à tergo astantem, & delicto-
rum pœnas reposcentem sibi videre vide-
antur. Hinc illi fortasse terrores, q̄s Ad-
miralius suæ conspirationis socijs identia-
dem ostentat, Regi in animo esse, omnes
qui pro Caluinī doctrina in armis pro-
dierint, qui principis Condentis parres-
secuti sint, nisi relipiscant, nisi ad antiquā
religionem redeant, ex regno extermi-
nare. Sed hoc quoque artificiose fieri sic
accipimus, ut quoniam periculum sit, ne
ex coniuratione plerique aut amicorum
optimis consilijs debilitati, aut conscienc-
iæ aculeis tandem reuocati resiliant, Re-
giamque clementiam & benignitatem
reis pœnitentibus semper pararam atq;
expositam, demum amplectantur, eorū
partim præmiorum & prædarum spe ob-
iecta, partim graui q̄dam metu iniecto
retinere omni opera, omni literarum fre-
quentia, omni artificiorum & figmento-
rum genere contendat, neque coniurato-
rum animos frangi, aut ardorem pugna-
di vnquam extingui, ac ne quidem mi-
nui

Gallici.

nui patitur. Nunc literæ in singulis mo-
nopolis per ministros leguntur, quibus
Admiralius sibi ex Germania scriptum
esse fingit, confessionis Augustanæ prin-
cipes magnam equitum manum Condē-
si deferre ac vltro polliceri, Cæsarem
non inique laturum, ut Caluinianorum
factio in Gallia inualeſcat. Hæc nempe
ad exhilarandos eorum animos, qui de-
ſperatione conciderunt, aut nonnihil de-
pristino ſuo feruore remiferunt, non mi-
nus apposite, quam callide excogitan-
tur. Sed tamen interim vir optimus non
videt, ſe eorum Principum authoritate
abuti, qui nihil vñquam fide ac conſtan-
tia prius habuerūt, qui cum Rege ac Gal-
lia amicissime ſemper vixerunt, qui Cal-
uinismum tanquam religionis pestem &
dedecus ex Germania eiecerunt, qui per-
duellionem, qui tumultus, qui perduel-
lionis & tumultuū architectos atq; machi-
natores iuftis & capitalibus odijs etiam-
num pſequuntur. Nunc vero idem Ad-
miralius mutata velificatione, vanos ti-
mores suarum ecclesiārū fraterculis de-
nunciat, interceptos fasciculos literarum
quæ in Hispaniam ad Regem Catholi-
cum,

Futores

eum, quę in Italiam ad Pontificem & optimates à Rege mittebantur, in quibus ille iudiciserte ac nominatim exprimat, simulatque pecuniæ confici, & equitum capitaphraectorum turmæ in præsidij disponi potuerint, vniuerso Calvinismo exitium esse comparatum. Hæc nimirum eō pertinent, ut cum coniurati intelligant suam salutem, suasque fortunas in discrimen vocari, quiduis potius armis expetriri, & cum Admiralio sese coniungere, quam lictori ceruices dare, & mortem turpisimam subire, moueantur. Ac istiusmodi quidem terroris initium repetit à nescio qua coitione, quam Baionæ, cū Rex, Regina mater, & Regina Hispaniarum sese mutuo invisiissent, habitam ac initam fuisse comminiscuntur, & detestantur consilij Principem Surionum (à quo iam impudentissimi mendacijs coargui non possunt) falso insimulant. Sed quam id probabiliter, cum eo tempore & ad extremum usque spiritum Princeps Surionis Condeni se vel ideo infenissimum esse ostenderit, quod sibi datam pactamque in quodam matrimonio fidem satis leuiter fecellisset. Deinde quis nescit, si quid

Gallici.

quid grauius Rex in Admiraliū & clus
socios conſpirationis principes statuiffet,
cum poſtea illi ad ſanctum Maurum om-
nes conueniſſent, & Regijs cuſtodijs vna-
dique ſepti ac incluſi tenerentur, ſine vi-
lo negotio, ſine ſtrepitu, ac nemine etiam
admuſmurante, tunc, & deinceps illud
ipſum perfici potuiffe? Quid contra non
tentauit mansuetudinis, gratiae, benefi-
centiae, ut eos aliquando ſanos placatos.
que libi & Galliae ſuæ conciliaret, arcti-
usque quam vel illoſipſos qui nunquam
ab offiſio & obſeruantia deſciuiffent,
munerum & benefiiorum immenſis pē-
ſationibus deuinciret? Admiralius de-
ſubornato percuſſore, qui ducem Guif-
um per iñſidias necarat, non ſine graui-
bus ſuſpicionibus inter reos defereba-
tur, liberi & propinqui vehementius in-
ſtabant, vt de eo diligentissime inquire-
retur, & tanti parricidiij poenas infligi-
poſtulabant, Rex, ne inde armorum oc-
caſionem Admiralius arriperet, ac ne
quid idcirco comoueret, Guifianis prin-
cipibus iñdicto ſilentio, hominem inno-
centem, culpaq; vacuum pronunciauit.
Itaque non habet quod de Regis erga ſe
bene.

Furores

benevolentia queri possit, nisi forte nobis obiectat, præsidia in his urbibus, quas primo & secundo tumultu occuparat, disposita fuisse, ac in quibusdam mœnia & propugnacula, diruta: quibus indicis perduellio manifeste reprehendi, ac restata esse in posterum censeretur. Cur id factum sit, quod consulto & sapienter factum est, non disputabo, sed hoc unum tamen tacitus præterire non possum, nisi Rex fidelissimis & certissimis copias suas urbes muniuisset, hodie præcipuas, quibus interciendis assidue perduelles in uigilarunt, in Admiraliæ potestate ac directione futuras fuisse. Quæ vero ista vis est, quæ iniuriæ ut Regi non liceat milites in urbibus collocare, duces & præfectos quæ velit adhibere, sed ex alieno præscripto & arbitratu se, suaque res gerere, & ab uno Condensi & Admirilio, aut viuendi regnandique leges accipere, & eorum iussa capessere, aut cruentum & crudele bellum sustinere compellatur? Quoniam autem ad sui facti prætexendam æquitatem his maximè fundamentis nituntur, quod primo tumultu arma, Reginæ (ut aiunt) mandato, ad Regem custodia & compe-

Gallici.

compedibus Regis Nauarræ, Ducis Guif.
fj, Connestabilis, & Polemarchi Santo-
andréæ liberādum, suscepérint: & secun-
do Heluetiorum legiones Rex conscribi
imperarit, quibus Calvinianos euerteret,
cum de vtroque sigillatim dixero, tum
me totam causam apertè denudasse, ac
eius veritatem in luce ac hominum ocu-
lis posuisse arbitrabor. Primum igitur
quod ad Reginam attinet, cui impuden-
tem calumniam affingere homines, scili-
cet Euangelici non verentur, prout res
contigit, sic fideliter ac simpliciter expli-
cabo, vt nihil me finxisse, nihil adieciisse
vel ipfi aduersarij ingenue fateantur.
Pauldante, quam primi tumultus cepis-
sent, Princeps Condensis Bouchauani.
um ad Reginam miserat, qui nescio quas
domini sui suspiciones exponeret, qui-
bus ille se necessario adduci causabatur
ad dimicacionem pro capite ingredien-
dam: atque ideo à Regina postularet, vt
quoniam Lutetia eius mandato excessis-
set, domum tutò sese recipere, ac ibidem
nonnullis armorum & militum præsidij
suam vitam protegere cōcederetur: hoc
vnum si exoraret, libi satis esse futurum,

T nihil

Furores

nihil insuper petere, nihil moliri, quinquo
mo cum primum se hoc metu liberasset,
vel etiam quoties Regina per postremū
& infimum ex suis mandasset, arma con-
festim esse abiecturum. Hæc vbi Boucha-
uanus Reginæ retulisset, præterea literas
ab ea flagitauit, quibus armorum, quæ
ad sui defensionem Condensis domi ha-
biturus esset, potestatem datam esse ap-
pareret. Hæc duo illi à Regina impetrav-
it, sed ijs ipsis conditionibus quas pro-
posuerat, quibus armorum facultas ita
circumscribebatur (id quod cum ex Re-
ginæ literis constat, tum Princeps Con-
densis aliquando coram Cardinale Bor-
bonio fratre suo est confessus) ut neq; do-
mo ea educeret, neque ad cuiusquam of-
fensionem conuerteret, sed ijs solummo-
do à suo capite vim atque iniuriam pro-
pulsaret. Postea autem cum Rex Nauar-
ræ, Dux Guilius, Connestabilis, & Pole
marchus Santoandræas, à quibus Con-
densis sibi metū imminere tacitus innue-
bat, nihil sibi in eum odiū ac similitatis clu-
se declarassent, Regina Setlanum, primas
rium sui hospitiū œconomum milit, qui
Condensi vanum timorē excuteret, Rei
gisque

Gallici

Sisque iussu arma ponenda, & in aulam
veniendum significaret. At interim Con-
densis domo iam abierat, & se in viam
armata manu dederat, vt Aureliam au-
spicandæ ac colligendæ conspiracyis
ergo celerrimè contendegerat. Rursus au-
tem Bouchauanium ad Reginam mise-
rat, vt quæ dicerentur, quæque agerentur,
aliud simulando exploraret. Hic mul-
ta quidem occurrunt, de quibus grauissi-
me Reginam cum Principe Condensi non
sine causa expostulet, præsertim cum ha-
cenus à plerisque aliter accepta & intel-
lecta fuerint, quam rei veritas ferebat.
Quid enim non merito sic Reginam apud
omnes cum Gallos, cum exterios de huic
modi perfidia his verbis cōqueratur? Ara-
morum facultatem tibi fieri ad unius tuū
caput defendendum perīsti, facta est: lia-
teras, quæ id confirmarent, deinde postue-
lasti, & illas quoque concessi. Ad te inera-
mem ad Regem quoties iuberet venturū
esse pollicebare, fidem frēgisti: At te do-
mi tantisper esse māsurum promittebas:
cum armato grege furens exīsti, & tor-
us improbitatis sentinam in perniciem
huius regni & populi contulisti, & lice-

Furores

ras, quæ nunquam date, nunquam scriptæ sunt, nunquam in rerum natura extiterunt, mihi contumeliose affinxisse, & his apud Germanos & huncce populum, me am loedere ac onerare existimationem studuisti. Profer eas ipsas literas, quas à me toto tumultuum tempore accepisti, nihil tale inuenies, me aliud sensisse, alius scripsisse, quam id quod spargis & committisceris, aliam voluntatem animus habuisse confitebere. Quod si falsa impone perrexeris, cogar tandem id quod nunc facio, Deum tanti mendaciū vitorē appellare, hominum fidem & integratē obtestari, & hanc improbissimam calamitiam, voce, literis, coram palamque refellere. Dicam præterea cum in colloquio Baugentiano mihi & Regi Nauarœ fidem dedisses, te ad Regis obseruantiam esse reuersurum, & ab Admiratio, reliquaque coniuratione discessurum, vno momento eius verbis, tanquam Circeo quodam poculo mutatum, ea, quæ iureiurando sanxeras, leuissime reuocasse, & ad istorum greges rediisse, quibus tamen te nūcium repudiij remisisse indicabas. Scio hæc te non tua sponte facere, quæ

Gallici.

quæ Regij generis splendore, auita & domestica tuorum virtute indignissima v. bique censemebuntur; scio te ab Admiradio captum, circumseptum, obfessum, nihil statuere, nihil moliri, nihil decernere, nisi quod seuerissimus censor pro re & com modo suæ factionis comprobarit. Itaque quod illi credas, qui te toties in fraudem induxit, non tam irascor, quām quod ille tuam lenitatem, tuum nomen, & eam quæ tibi parentum singulari pietate, sum misque ornamenti contracta est, autho ritatem, tam diu mutuari, & ad huius Regni vastitatem atque incendium huic populo superbius obiectare consuescat. E quidem existimo si hisce verbis Regina Condensem increparet, conscientia teste fractum ac conuictum, nihil ad ea omnino esse responsurum: sed id quod res est, nunc, sicuti & aliás, libere esse recognitu rum. Itaque primi tumultus fundamen tum, quām leue sit, nemo iam potest inueniri tam expers iudicij, qui non intelligat, nemo Regis cause ac nomini usque adeò inimicus, qui non fateatur. At Rex custodia arctissimè tenebatur. Vbi quæ so, aut à quibus: Admiralius Regem Na

Furores

Z. Barræ Cödensis fratrem, Connestabilem
auunculum suum tot beneficijs optime
de se promeritum, Ducem Guisium, &
Polemarchum Santoandræam nominas-
bit. Verum cui hæc vnquam sunt audi-
ta: Insolens prosector & procax conuicio-
num, idq; vel eo acrius puniendum, quod
ab eo homine impingatur, qui quos mæ-
levolentissimis obtrectationibus primo
feriebat, postea vulneribus insidiose cru-
deliterq; per suos satellites extinxit. Sed
hæc omittamus, quæ absque dolore nemo
vir bonus, & Gallicæ dignitaris ac famæ
studiosus poterit vnquam recordari. Ad
secundi tumultus causam, quam isti ob-
tendunt, & qua se præcipue incitatos ad
arma capienda simulant, atque ad eius
mysteria pro palam explicanda venia-
mus. Rex, inquiunt, sex millia Heluetio-
rum in Galliam euocarat. Quid tum: Mis-
sum sane, quod ea reprehēdant, quorum
suasores & authores ipsi extiterūt. Nam
cum Dux Albanus in Belgium cum exer-
citu traïceret, vehementius à Rege po-
stularunt, ut ille quoque copias ad prohi-
bendam iniuriam, si forte ingrueret, di-
ligēcissime compararet. Cur igitur quod
illis

Gallici.

Mis consulentibus, atq; cohortantibus fa-
cium est, iure postea damnandum puta-
runt: Dicam breuiter, vt omnes perspic-
iant quid iam inde molirentur, cum arma
Regi suaderent. Etenim sic proponebat,
sic rationabantur, si copiæ colligerentur,
bellum aduersus Regem Catholicum pos-
se excitari, cuius quidem belli primari-
am administrationem, præcipuaque mu-
nia sibi arrogarent. Ac vt duorum Regū
affinitas, tot tantisque benevolentiae vin-
culis consociata, & tantopere ad utrius-
que res stabilendas, perduellione inque
comprimendam necessaria, dissolui non
posset, tamen se id saltem adepturos, vt
pedestres legiones Andelotio adstringe-
rentur. Longè autem secus accidit, cum
Galli pedites in signis Comitis Brifacij
& Strocij militare iuberentur, & Helue-
tij non ad bellum Regi Catholico moue-
dum, sed ad eius partes corroborandas,
mutuamque pacem & tranquillitatem
vtrinque conseruandam conscriberen-
tur. Hinc illæ Admiralij de Heluetijs ro-
ties iactatæ ac decantatæ querimoniae,
quarum aliam causam non video, nisi qd
ne ea, quæ destinerat, facile perficeret, ne

Furores

Regem Andelotij legionibus vinctum
cinctumque teneret, ne vniuersam denis-
que Galliam cede atque flamma perde-
ret, gentis Regi ac Regno amicissimæ ac
fidelissimæ armis & robore fuerit impe-
ditus. Ut verò aliquā excusationem cx-
ptis conatibusq; suis obtendat, se ad Con-
nestabilem s̄epe scripsisse, & longe ante
denunciasse ait, nisi Heluetios Rex dimic-
teret, confessim Galliam incendio flam-
maque conflagraturam. Deus bone. Quis
vnquam cliens patrono, seruus domino,
ciuiis Principi, sic est locutus, ut nisi arma
caperet, tum poneret, hos retineret, po-
stea reīceret, hos odisset, illos complecte-
retur, hoc vel isto modo regnaret, nunc
hoc, nunc illud sentiret, denique totus ab
arbitrio & ore ynius penderet, tēdā ac
facem minitaretur. Ac sic non modo Ad-
miralius tunc est locutus, verum, id quod
multo est perniciōsius, sic egit, ut quia
Rex mandato non parceret, cum paulo
post Meldis ad Diui Michaelis diem in-
tercidere, ac cum yniuerso Principum co-
mitatu necare conaretur. Quod autem
aliud, quam quod erat prouisum, Regi,
Reginę matri, Regijs fratribus & sorori,
cuncta

Gallici.

cunctæ postremo Galliæ euenerit, id non
tam humanæ rationi, aut præsidij, quam
Dei Opt: Maximi clementiæ ac miseri-
cordiæ acceptum atque debitū esse profi-
temur. Nisi enim coniuratorum, qui fre-
quenti manu & numero coiuerant, gladi-
os retudisset, nisi machinularum ignes re-
stinxit, nisi deniq; Regem, Regnumq;
poene ex faucibus fati eripuisse, haud du-
biè vno die, vnis insidijs, vno vulnere,
Regem, Galliamque Admiralius confe-
cisset. Quorsum enim cum mille aut am-
plius equitibus armatis, obscura adhuc
nocte, Regi Lutetiam confugienti in iti-
nere occurrebat: cuius iugulum aut latus
petebat: Varie hic, ut audio, responde-
bit, nunc se suosque supplicis libelli offe-
rendi gratia venisse: quasi vero ijs gregi-
bus ijsque gladijs septi supplices ad ge-
nua suorum Principum aduoluuntur. In-
terdum se odio & metu Guiilianorum
cum exercitu accessisse, Quanquam quid
erat quod ex illis requireret, qui antea
suas offensiones publicæ quieti condona-
rant: quos illi præterea per Montmoran-
tium ab Rege abesse cognouerat, quibus
etiam in Campaniam profecturis insidi-

T 5 as tri-

Furores

at tribus in locis struxerat. Sed esto. Hat
vna de causa in aciem exierit, cur relictis
Guisianis vnum Regem persequebatur?
cur hunc potius Lutetiæ, quam illos Re-
mis, quod se receperant, oblidione cinge-
bat? cur Regias vrbes inuadebat? cur cum
Regijs copijs ad Santodionisium collatis
signis pugnabat? ærarium diripiebat? cle-
uium bona & fortunas vbiique depræda-
batur? Neque enim Guisianis fiunt, quæ
Regi & populo iniuriæ ac detrimenta
inferuntur. Memini me apud Iosephum
antiquum scriptorem legere non ablimi-
lis nequitiae ac furoris exemplum. Iudæi
cum aduersus Romanos tumultuarētur,
& ab Agrippa de suæ defectionis infa-
mia ac indignitate admonerentur, se non
Romanis, sed Floro eorum procōsuli bel-
lum mouisse prætexebant. Contra vero
Agrippa, vestra, inquit, acta talia sunt,
qualia corum, qui hostilem in modū cum
Romanis de imperio, deque vita contens-
dunt. Desinat itaque Admiralius nobis
suos fucos venditare, qui vel ab imperia
multitudine iampridem comprehendun-
tur, desinat priuatas inimicitias obrude-
re, cum vniuersam Galliam euertit, desis-
nat

Gallici.

nat boni publici speciem ementiri, cum
omnia ferro flammaque delere gestit,
cum Ambosiae, Aureliae, Meldis, Regis
capiti ac diademati aperte insidiatur. A-
gnoscari id quod negari non potest, se bel-
lum Regi & Regno cruentum & atrox
indixisse, & facinoris sui probabilem ali-
quam rationem conquerat. Literas, in-
quit, Cardinalis Lotharingus, ad Ducis-
sam Guisianam suam matrem statim post
pacificationis edictum scripscrat, quibus
pacem non fore diuturnam, sed primo
quoque tempore bellum renouandum
esse asserebat. Deinde aliæ literæ in Hi-
spaniam dabantur, quibus eadem simili-
ter Regi Catholico spes iniiciebatur. Hęc
si falsa, callideque ad perduellium gre-
ges cogendos inuenta esse uno verbo re-
spondero, quibus cedo testimonij hęc
tua artifacia, & istam tuam rerum nostra-
rum scientiam, quam toram habes in con-
iecturis & divinationibus positam, con-
firmabis. At Cardinalis Lotharingius li-
tem de ducatu Andegauensi, deque pro-
vinciæ comitatu intendit. Quo me nunc
ad veteres fabulas, quæ iam exoleuerūt,
& ad istiusmodi opinionum, quæ nunc
omnino

46

50

Furores

6.
ōmnino fuerunt, Chimæras, & hippocætauros abripis: Nam neque de hisce rebus litem fuisse vñquam vīdimus aut audiūmus, neque admodum hę priuatę tuę cum Cardinale Lotharingo similitates, conceptaque in eius familiam odia valent, ad eam quam molitus es, perduelionem plausibili aliqua honesti specie decorandam. Eodem spectant quę huic quoque Cardinali affingis, cum Regina grauissimo non ita pridem morbo affectaretur, id consilij cum suis cepisse, ut si emori iam contingeret, Cardinalem Borbonium & aliquot proceres interficeret. At vide quām tibi minime consentias, qui alio postea loco eosdem ipsos in Cardinalis Lotharingi potestate esse, eis que totos deditos & addictos lamentaris. Neque enim sic ista cōuenire possunt, ut si alterum verum esse ponatur, non protinus mendacium & fallitas in altero deprehendatur. Ac ne philosophorum duntaxat more captiosas tuas ambages refellamus, iam dico vos in Calviniana schola ita esse institutos, ita informatos, ut quæcunque meditamini, quæcunque agitis, quo prius facta, quam cœpta esse audians.

Gallici.

audiantur, ea ipsa in aduersarios exonerari
retis, eorumque innocentiae & integritati.
ti vestras fraudes, vestras machinationes,
vestra beneficia, vestras cædes impute-
tis. Sed bene est, quod ad ista artificia sic
nostræ, omniumque honorum aures ob-
surduerunt, ut eodem propemodum lo-
co, quo anicularum nugæ, aut scurrarum
conuicti passim habeantur. Dic igitur
nunc aliquid, quod ad rem magis perti-
neat, nam & superiora quoque tu leuia
& inania esse, opinor fatebere. Nobis à
Tauaneo insidiæ parabatur. Doce. Ver-
bis enim toties delusi, nisi vel testimonio-
rum, vel signorum momenta accesserint
non facile vicitis vanisque suspicioni-
bus ad quicquam credendum deinceps
impellemur. Quid præterea? Ex nostris
plerique Ambiani, Aureliæ, in Prouin-
cia, Tolozæ, per seditionem sunt occisi.
Iam dicitis aliquid, quod nos pungat.
Nolite ramen eos vestros appellare, qui
nati Galli in vnius Regis ditione, fide, ac
tutela esse debent, quos nullius prætercep-
sui Principis patrocinium, iusticiam, be-
nignitatem, implorare ac deprecari opos-
ter. Itaque cum ad Regis aures venisset,
in his

70

8.

Furores

In his urbibus quosdam ex Calviniatis
vulgo cæsos esse, quod superiore tumulo
tu illi bonorum ciuium, fortunis & vita
violentas manus attulissent, licet ad viles
eiscendam iniuriam iustis quodammodo
odijs incenderentur, tamen ne huiusmodi
licentia inualeceret, aut impunita ma-
neret, peritissimi & seuerissimi quique li-
bellorum supplicum in praetorio magis-
tri, cum Regio mandato ad illas urbes
conuolarunt, qui acerrime in mali au-
thores ac consicos animaduerterent. E-
nimvero si quid aspere aut iracunde à
paucis ex plebe admissum est, an conti-
nuo vos rabie perciti, & odiorum studio
inflammari, bellum Regi & Regno deni-
cietis, nec potius Regis equitatem, legesq;
seueritatem, vobis reliquisque ciuibus fe-
quabiliter expositam ac communem re-
quiretis? At vos dum de aliorum acerbis-
tate expostulatis, nihil vestram crudeli-
tatem tot tormentorum & cruciatuum
genere nobilitatam, tot virorum innocen-
tium cruentem conspersam, tot edificiorum
cincere contaminatam meministis? Credo
quod vos vim & cædes tam vobis infer-
re, quam nobis perpeti proprium esse vul-
ti.

Gallici.

tis. Quod si forte vestro exemplo Catho-
lici societatem inter se coiuerint, & qd
vos in pernicie Galliae procuranda face-
re soletis, illi in sua publicaque salute de-
fendenda moliantur, atque ad Regis con-
seruandam authoritatem coniunctis con-
sentientibusque animis conspirarint, id
sine lege, nulloque iure fieri, quin etiam
pessimi exempli semper fuisse clamitat.)
Interim autem Admiralius Caluinianos
a Regis obseruantia abductos, sibi omni
consiliorū & virium födere coniunctos,
sue libidini & cupiditati Sacramento sic
obstringeret, vt simul atque pedem moue-
rit, omnes in armis esse, quò vocarit, ve-
nire, quod exegerit, præstare, si manda-
rit, obsequi, ad nutum denique vnius ho-
minis velificationi ventisque obsecun-
dare iubeantur. Vtinam id in Regis cau-
sa quod ille in sua nos docuit, imitarit
pestiue potuissemus, iamdiu profecto co-
tius conspiracyis improbitas bonorum
studij tracta concidisset. Ergo vt rem to-
tam paucis perstringamus, si falsæ sunt il-
læ suspiciones, quibus territamenta suis
socis identidem intentat, si fictitiæ literæ,
quas modo his modo illis attribuit, si nul-

Furores

La' offensione est prouocatus, sed Regia
benignitate & beneficentia ad officium
& sanitatem pellectus, ac vt quid iniurie
accepisset, si illud vlcisci religio vetebat,
si Euangelium arma contra Principem,
si quosuis contra publicam tranquillita-
tem motus damnat, improbat, execra-
tur, si Regi animus non fuit, tantisper dum
quiescerent, pacificationis, quod vocant,
edictum Caluinianis adimere, quid que-
so causæ singi potuit, cur in summis Re-
gis occupationibus, in aduersa eius cor-
poris valetudine, in recenti adhuc, neque
satis bene obducto Galliae vulnere, tur-
bas renouarent? Quæ cum ita sint, audet
tamen Admiralius effari, denunciare,
profiteri, tametsi vniuersum Galliæ or-
bem direptionibus incendijsque perdi-
derit, se non Regi, sed Cardinali Lotha-
ringo duntaxat iniuriam facturum, &
propterea omni criminè ac culpa esse ca-
riturum. Quin etiam, quod longe est im-
probius, Deum sui maleficij authorem
laudare, Regumque & Principum bene-
volentiam, opem, authoritatem, praesidia
appellare audet, quasi his verbis apud
illos suam causam tutari, vel potius coru-
patiens.

Gallici.

patientiae, & humanitati illudere videa-
tur. Domine Deus iam millesimus &
quingentesimus annus agitur, cum pie-
tatis cognitione per filium tuum huma-
no generi patetfacta, ubique terrarum
candem religionis persuasionem, eosdē
ritus & ceremonias, candem in una Ec-
clesia ab uniuerso tuo populo consocia-
tionem haberi, peregrinasque & nouas
opiniones rejici, ac in perpetuum exula-
re voluisti, ut q̄tquot insculptum Christi
nomen in fronte gererent, uno ore, ac
voce, unaq; mentis & animi confessione
tuam potentiam, gloriam, iusticiam, be-
nignitatem, prædicarent. Fateor & ipse
Reges, Principes, optimates multis ante
seculis à Deo præpotenti, ad eximiae
cuiusdam dignitatis culmen præ cæteris
euctos, qui leges populo ferrent, agen-
da & fugienda præscriberent, bonis præ-
mia, maleficiis poenas irrogarent, vectiga-
lia imponerent, eademq; priuilegia ad su-
os siue liberos, siue successores hæredita-
rio iure transmitterent. Hæc quidem sic
nunc esse, sic olim fuisse, sic etiamnum es-
se debere intelligo. Verum tamen si re-
gna & principatus longo velut senio, &

V.

naturali

Furores

naturali quadam conuersione ac temporum communium inclinatione, passim ad status commutationem propendere, ac spectare videantur, si Mahometes ex tunc gurio ad iacienda potentissimi Imperij fundamenta emersit, si ciuis Romanus Gallias decennio subegit, si & quondam Reges a suis solio sunt deturbati, & nunc id est, nostra patrumque memoria Iohannes Leidenius sartor Hollandicus in Anabaptistas imperium per totam Germaniam sibi asseruit, & nuper in Scotia spurius, nescio quis artificiose Regnum inuasit, ac vt de me loquar, si non ita pridem in Hispania seditionum initia disseminauit, Belgium cōmoui, & in hocce Regionis tantam perturbationem, rerumq; omnium & ordinum confusionem inuexi, vt magna pars ex nobilitate, & ex populo ad mea signa, relictis castris Regis transfugerit, cur afflante fortunæ Zephiro ad portum contendere, appellere, & amplissima illa regna, quæ mihi nō dubijs astrorum significationibus parata, ac reseruata esse feruntur, consequi, velis remissis non admitor: maximè verò cū si me tempestas obruerit, nihil præter hoc carnifici inferisque

Gallici.

inferisque deuotum & obligatum caput
amissurus, si enatato, in beatas insulas
quamprimum videar esse ingressurus. Hæc
sunt quæ Admiralius dicitur in ista con-
spiratione meditari, quæ vt fileat, tamen
hic omnia eius studia eo pertinere digno-
scuntur, vt frustra de voluntate dubite-
mus, qui ipsa perduellionis acta exēplac-
quotidiè intuemur. Et tamen homo ver-
satus sic nos obiecto eloquentiæ suæ ve-
lo inuolutos, sic præcipites, sic oculis,
mente sensibusque captos esse putat, vt
quæcumq; fingit, pro veris, alba pro ni-
gris, nigra pro candidis, ducere, de rebus
contra suam naturam iudicare, nostra in-
comoda in lucro numerare, crudelissi-
mum bellum iucundissimo pacis nomine
nuncupare, nos tum demum viueré, cum
vita nobis Calvinianorum ferro adimi-
tur, Regni vastitatēm pro communi bo-
rum & summis commodis, vrbium Regia-
rum occupationes, direptiones, in Regis
rem & utilitatem fieri existimare, qui se
suaq; regi consecrarunt, in hostiū nume-
ro, quitot malorum authores & consciū
exiterunt, fidelissimorum clientum loco
habere debeamus. Magnum profecto &

Furores

disertum Periclem esse oportebit, qui hęc
paradoxa ordini naturaeq; rerum penitus
repugnantia, nusquā recepta, nunquam
probata, nobis se esse persuasurum confi-
dat. Sic enim à Deo & natura edocti su-
mus, vt quæcunq; ad vsum, ornamentaq;
mortalium creata reperiuntur, proprijs
primisq; suis nominibus denotemus. Itaq;
ciuium quietem & concordiam, pacem:
dissidia & regni vexationes, bellum: sub-
ditorum obsequia & officia, debitam ob-
seruantiam: eorundem motus & arma
contra suos Reges & Principes suscepta,
et terrimam perduellionem & plus quam
giganteam temeritatē appellatus. Ad-
miralius Regem nostrum adhuc impu-
rem esse, & velut in cunis infantē in Cat-
inalis Lotharingi arbitrio positum, ni-
hil per se decernere, nihil præscribere, ni-
hil agere, nīl quod ille mandarit, serenissi-
mum ducem Andegauensem, & Regis
nam matrem iisdem vinculis teneri, quæ
cunq; in aula, in senatu, in exercitu sunt
aut dicuntur, hæc ab uno Cardinale dici
aut fieri, Galliae consilium, nobilitatem,
populum, non Regi sed Cardinali adseri-
ctum esse somniabit: nos verò cōtra seno-
tiemus

Gallici.

iemus, Regem in suam tutelam iamdiu
venisse, ut ætatis, sic & ingenij iudicijq;
maturitatem assecutum, in Regni sui gu-
bernaculis atq; administratione pruden-
ter sancteç versari, quæ ab eo, aut Regis-
na eius matre, cunctoç consilio & senatu
sanciuntur, pro oraculis seruari, qui non
obtemperarit, qui obmurmurauerit, qui
quod Regium est, Cardinalitium esse di-
xerit, perduellem, & iuratum regis ho-
stem, publicæç tranquillitatis perturba-
torem, ex hominum consortio extermini-
nari, & ad inferos amandari oportere.
Quæ cum ita sint, primum quod in tanta
dimicazione salutis, fortunarumq; omni-
um fieri necesse est, à Deo opt. maximo
pacem ac veniam deprecari, quod tan-
tam calamitatem nostra & populi pecca-
ta Regis innocentis capiti, regnoç Chri-
stiano contraxerunt, supplices manibus
oculisq; ad cœlum exorrectis petimus,
vt se patrem misericordiarum, non seue-
ritatis iudicem apud nos esse meiminerit,
necq; paucorum hominum scelere tanti
Imperi machinam, quam florentissimam
potentissimamq; esse voluit, ad nihilum
recidere, viduasq; & pupilos opprimi
V 3 patiatur.

Furores

patiatur. Deinde quoniam ea perduellio-
nis contagio esse solet, ut paulatim ser-
pat, nec vnius regni exitio contenta ul-
terius semper progrediatur, Reges &
Principes, quorum salus & dignitas cum
huius regni & Regis nostri salute ac di-
gnitate cōiuncta est, monebo, hortabor,
obsecrabo, ut cum causæ pondus & ex-
emplum comprehendenterint, quid in pari
calamitate opis & præsidij à Gallia, Gal-
liaeque Christianissimis Regibus obtinue-
rint, quid in posterū sperare possint, gra-
tissimis animis recordentur. Et quoniam
Germanorum Principum constantia ac
fides hactenus à perduellibus tentata est,
licet nobis dubium nunquam fuerit, quin,
pro sua existimatione, in hac veteri &
Germana cognatione, atque benevolen-
tia, quæ illis cum hoc regno & Regibus
nostris intercedit, amicissime concordis-
simeque sint permansuri, tamen vehemen-
tius adhuc eos orare ac cohortari, nō de-
finemus, vt Regiae causæ æquitatem tam-
diu vexatam, tot calumnijs exagitatam,
suum iudiciorū integritate prosequi,
gratia & fauore complecti, autoritate
sustinere velint. Sic enim cogitēt, si factio
cōf

Gallici.

est, si ambitio, si cupiditas, quæ Admirali-
um & Condensem armauit, nihil tā Deo,
mortalibusq; exosum, detestabile, exe-
crandum, eandemq; perniciem cunctis
Principibus esse metuendam: si religio-
nis opinio, cuius tamen nullū exemplum
nullosq; fructus cernimus, nihil Germa-
nis cum Caluino commune, nihil consen-
tiens vñquam fuisse, Calvinismum cum
imperialibus comitijs antea, tum Augu-
stani super damnatū ex Germania pro-
fugisse, Calvinianorū cathedras Argen-
tinæ, Francofordiæ deiectas & disturba-
tas esse, qui eam sectam profiteantur, san-
guinarios, sacramentarios, seditiosos, pe-
regrinæ nouæq; impietatis authores &
fautores nominari: itaq; honestum aut
equum non fore, vt quos patria, tectis,
templisq; suis profligarint, eos Rex in
Gallia sua non modo sufferre, sed fasces
& iugulum iisdem submittere, vel saltē
in regni partem eos admittere auxiliari-
bus Germanorum militum turmis pecul-
sario adigatur. Ea enim lege & regulâ
Deus vnumquenq; se, suaq; omnia acta &c
studia metiri præcipit, ne alteri facere-
mus, quod nobis factum esse nollemus.

Furores

Qui secus fecerit, eam demum sibi paratam pestem & vexationē esse intelligat,
quam alij prius ipse conflauerit. Si Calvini
anos alij obtrudamus, verendum sanē
ut Dei iracundia nos Anabaptistarum,
Trinitariorū, Turcarū barbarie telisq;
euertat. Quare per Deum immortalem,
per communem, sanctamq; hominum so-
cietatem, per mutuam Principū coniunc-
tionem, iterum ab ihs omnibus, qui Rei
gni & principatus ornamentiis præful-
gent, petere ac rogare non dubitabimus,
ut perduellionis detrimenta & pericula
accuratius expendant, tandemq; id, quod
a sapientibus sœpē sunt moniti, prospici-
ant, ne in ista temporum perturbatione,
cum in seruitute dominatus, & in domi-
natū seruitus fuerit, ab improba & effre-
nata coniuratione in ordinem redigan-
tur. Id cum Principi Condensi antea si-
denunciatum, rum & illi & Reginæ ac
Principi Nauarræ ea damnorum & op-
probiorum genera ostenduntur, ut nisi
sententiam breui mutauerint, & ex hoc
cursu belli rectā iter ad Regem, Regisq;
clementiam conuerterint, nisi ad populi
preces & lachrymas respexerint, nisi de-
niq;

Gallici.

nig^o propinquorum & amicorum suo.
rum sanctissimas voces audierint, vel vla-
tore Deo sint probaturi, quam infelix
infestusq^e exitus perduellionis consortes
& socios postremo consequatur De Ad-
miralio quid loquar, vt vila res illum
frangat, vt vnuquam se corrigat, vt suam
factionem deserat, vt machinationum
spem abijcere, vt castrorum & copiarum
obliuisci possit. Verumtamen vt callem
libidini & cupiditati obduxerit, vt ale-
am iecerit, vt ab armis & oisenione non
facile temperatus sit, non est idcirco
existimandum eos, qui se ad illius partes,
religionis cuiusdam errore ac opinione
adiecerunt, tam pertinaces obstinatosq^e
fore, vt cum nihil in hoc bello cum reli-
gione coniunctum esse, sed hoc solum
queri agiq^e cognouerint, ut Regi sua
Gallia, Galliae suus Rex, vera sua religio,
suac^e dignitas, specie fucatae religionis
cripiatur, non longe tutius ac honorifi-
centius sibi fore videant, pro Rege dimi-
cando famam, caput, fortunasq^e omnes,
coniugum suarum & liberorum tranquil-
litudinem retinere, quam vnius Admiralij
causa, in istarum rerum certamen cum

V s nominis

Furores

nominis sui turpitudine, vitæq; periculis descendere. Quod si ex his nonnulli, postquam Edicto Regio resipiscientibus viam & redditum patere didicerint, in propulo pedem obfirmare, ac in coniurationis contumacia perseuerare, Regiq; cædes & vastationem minitari pergent, sentient, sentient, aliquando, & citius fortasse, quam vulgo opinentur, se, quoniam seruorum ac gigantum more cū suis dominis confligant, ut impari iure, sic in equilibus copijs, calamitosoq; ac ærumeno successu pugnaturos.

LECTORI CANDIDO.

Post detectas Admirallij capitumq; seditionis aliorum fraudes, Epistolam hanc ad Venetū quendam patritium ex Constantinopoli scriptam subi- cimus, quæ quasi mente cōiurbationis totius aperitur. Primum videlicet qualem isti religionē amplectan- tur, quā ipsimet profitentur Turcicæ proximan- certe talem esse produnt quæ etiā Turcas, demo- nesq; ipsis in communionem societatenq; non ad- mittat modo facile, sed sollicitet quoq;. Secundo quos rebelles isti oderint maxime, sublatosq; cupi- ent. Tertio, quem sibi uoti sui finē constituant: qj;

Gallici.

est legitimi magistratus suppressio, & inde quid-
uis audendi, tentandi & impunitas. Scripta fuit aut
lingua Italica, ex qua utcunq; latina sic facta est.

MAGNIFICO DOMINO BARTHO-
lomeo de Rodolphis, patritio Veneto,
Aloisius Cucchius S.

Si non redditæ sunt Ambassatoris nostræ literæ
superiores, uchementer equidē doleo, cū omni-
bus qui sunt in hac Ciuitate Excellentiss: & illu-
striß: Signorice Venetæ amantes. Grande enim
periculū est quod supremus Bassa eis uel hic uel in
itinere intercipi curauerit: ut profecto omnū ho-
minū qui uiuunt est astutissimus. Si itaq; ad manus
eius peruererunt, non dubitetis quod bellum dabit
Signorice Illustriss: propter insulam Cyprum. Su-
per cuius rei cōpositione Ambassator noster man-
dati sui defectum aliquem cansatus est, ne gotium
vilelicet studiose trahēs, donec Signoria Illustriss:
& de Principum Christianorum voluntate, & suis
etia viribus proprijs certiorata esset penitus. Nunc
vero si proximas Ambassatoris literas habet Bas-
sa, etiam illam intelliget, nec ullā ei postea fidem
habet, etiamsi centum adfirmet iuramentis, aut
centum adferat noua Signorice Illustriss: mandata.
Talis enim vir est Bassa qui statim intelligat an ex
corde

Eurores

corde & ueritate agant homines: an mandata obseruent, & id illi solumodo dicat quod à Dominis suis iussi sunt. Quod si quæ fucate agere, aut aliud quippiam querere intellexerit, quam quod ad dominorum causam fecerit, eum uti bestiam postea auersatur, indignū iudicans quem sub affectum suum amplius admittat. Cuius præclarū hic ridimus exemplum in Oratore Christianissimi Regis Francorum, Mousier Guilielmo de gran Rye, sive de gran Ciampo. Qui quandiu Regis sui negotium fideliter egit, satis honorifico fuit apud supremum Bassam loco, & omnia tum illi communicata sunt, quæ cum Oratore Romanoru Imperatoris de pacis confirmatione tractarentur. Quam etiam confirmationem in gratia istius Ambassadoris Galli, qui ea vehementer impediebat, aliquandiu studiose distulit. Verum ubi Bassa intellexisset Ambassadorum pacem istam cum Rom. Imperatore non propter Regem Gallie, sed multo magis propter eius hostes, subditos rebelles impugnare, suspectus illi esse coepit, nec posthac in tanta cum habuit familiaritate: immo cum Ambassador nec dum etiā desisteret, Hugenottos suos Bassae commendare, vt illi in pacis capitulatione reciperentur, cum indignatione quæsuit Bassa, qui nā essent isti Hugenotti, quā haberent religionem, & cuius subessent Imperio, cum aliquā orbis gentē hoc nomine nemo cognovisset.

Gallici.

uisset antea. Tum Ambassador scriptum illi porre-
xit, quasi non publice sed priuatim potius Bassam
informare cuperet. Sed illus in multorum manus,
Bassa ita iubente, et hominis Galli levitate ride-
te, peruenit. In quo scripto non negat Ambassador
Hugenottos Regis Galliarum subesse imperio, sed
rebellare huic propter religionem talem quæ sit
Turcicæ proxima, nisi quod in Ie[n]nijs et Elementis
Hugenotti non ita sint certis obseruationibus
astricti sed liberrimi per omnia, et agere et cre-
dere quæ lubeat. Subiunxit aliqua deinde argu-
menta ad persuadendum Bassæ, quod Hugenotti,
si in Turcarum Imperatoris tutelam reciperentur,
utilissimi essent fituri sue Majestatis socij, propter
multas causas. Quia non solum Regem suum ve-
xare possent, ne affinem suum Regem Hispaniarum
rum contra Turcas sive consilio sive milite iuu-
ret, sed etiam per aliquot potentes in Alemannia
Principes, qui Hugenottorum rebus manifestè fa-
uerent et auxiliarentur, ipsum Romanorum imp.
imperire, in omnibus suis consilijs, quæ contra Tur-
cas suscipere. Imò si Hugenotti iam tumultus istos
per Gallias non excitassent, actum fuisse Turcis de-
toto maris mediterranei Imperio. Quoniam Re-
gina mater cogitauerat iam Regi Hispaniarum
tradere omnia loca munita, omnes portus, et Ci-
vitates maritimæ in Gallia, et ipsa viciissim filio
suo

Furores

suo in recompensam accipere Flandriam. Qua se
cta permutatione Hispani mari dominarentur,
Turcasq; omnes eijerent: Reges autem cum P^t
pae, Imperatoris Rom. et principi^p Catholicorum
auxilijs post deletos Hugenottos et illorum con-
federatos Lutheranos, arma conuersuros in Tur-
cas omnino, non obstante etiam pacificatione ista
noua, quam Rom. Imperator saltem in Hugenot-
torum et Lutheranorum inuidiam iniret, ut eos
hac ratione a Turcica societate excluderet. Sed
et Turcarum Imperatori utile futurum si Hugeno-
tti eius amici et confederati haberentur, quod
propter illos pacem istam, que iam esset confir-
mata, quandocumq; vellet, turbare honeste pos-
set: sed et ipsi Hugenotti paratisimi essent futuri
turbas et seditiones in Alemannia procurant,
quando id Turcis commodum videtur. Hec et
multa alia Ambassadoris puncta Bassa plane ridet
et contemnit, ipsi autem Ambassadori responsum
dedit per interpretem. Videre se quod bonus Rex
Galli e non legatu sed proditorem ad aulam Tur-
carum Imp. miserit, Hugenottos autem longe in-
feriores esse quam ut se se demittat ad illorum ani-
citiam supremus orbis Princeps, nec fidem haberi
debere istis sociis qui proprium etiam Regem pro-
derent et impugnarent: Turcas solitas esse cum
Imperatoribus, Regibus, et magnis Principibus
agere,

Gallici.

agere, non cum perfidis seruis, & rebellibus subditis: detestari Turcicam fortitudinem ista proditoria consilia. Quod si vero utile videatur Turcarum Imperatori Hugenottos sibi subiecere, non defutura illi arma, si clara esse possit de victis proditoribus & rebellibus seruis victoria. Hæc palam iam dicuntur & circumferuntur per totam Constantinopolim cum magna superbia Turcarum, & contemptu Gallicæ levitatis. Quæ certe res non incommoda esset secretissimis signoriæ nostræ consilijs: si non interueniret tam importuna huius temporis iniuria. Cogitet tamen Mag. vestra si in bonum aliquod de luci possint ista pro illustriss: Signoria. Nobis quidem hoc certum est, Gallos per hunc suum Ambassatorem nihil effecturos que illustriss: Signoriæ noceant villa ratione, nam totus destitutus est omni gratia & auctoritate, nisi fortasse manifeste transeat ad religionem Mahumeticam, quod de eo multis hic verisimile videtur. Bassa & Beghi ad noua numera ex Venetis valde sunt ad tenti, & in maiori precio habent argentea pocula & cantaros quam antea cum nullum vinum biberent. Magnificens ante cum nullum vinum biberent, manus eiusdem ex osculans humiliiter. Dateæ Constantinopoli 6. die Aprilis, Anni 1568.

Furores Gallici.

Hi ergo sunt egregiorum Euangelij
tutorum animi, hæc pro emendanda re
Christianæ consilia. Quibus si ad pacem
inuper factam, nō accesserunt meliora &
saniora, graue erit afflictissimo regno
vulnerum suorum curam aliquam susci-
pere. Quamuis etiam certum est Deum
Opt. Max. Ecclesiæ suæ non defuturum:
sed redditurum ei suam tranquillitatem,
cum post expiata scelera nostra videbū-
tur. Qui rogandus est ne diutius nos
flagellet, & in obproprium
propter nos det filij,
sui regnum.

FINIS.

MONACHII EXCVDEBAT
Adamus Berg. Ant. o 1575